GLOSSARIA LATINA

IUSSU ACADEMIAE BRITANNICAE EDITA

V

ABBA, AA

EDIDERUNT

C. THEANDER M. INGUANEZ C.-J. FORDYCE



1965

GEORG OLMS VERLAGSBUCHHANDLUNG
HILDESHEIM

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Paris 1931
Mit Genehmigung des Verlages Les Belles Lettres, Paris
Printed in Germany
Herstellung: fotokop, Reprografischer Betrieb GmbH, Darmstadt
Best. Nr. 5100865

PRAEFATIO

In hoc quinto volumine finem habet mea series Glossariorum Latinorum, ea mente editorum ut fontes cuiusque detegantur, glossa unaquaeque ad suum fontem revocetur. Eadem mente ante hanc seriem inchoatam edidi glossarium Latino-Anglicum (Corp.) sub titulo :

The Corpus Glossary, ed Lindsay, Cambridge, Univ. Press, 1921.

Eadem aliud Latino-Anglicum (Leid.) edidit Hessels sub titulo :

The Leiden Latin-Anglosaxon Glossary, ed. Hessels, Cambridge, Univ. Press, 1906.

Eadem nuper duo alia (EE, Amplon. II) paravit in hanc seriem collega meus, Thomas R. Mills, quae tamen decrevi, rei nummariae causa, non publici iuris facere sed penes viros doctos Dictionario Latinitatis Medii Aevi conficiendo praefectos deponere.

Quae igitur restent extra hanc seriem glossaria notabilia audi. Glossarium Affatim idcirco nolui includere quia omnes fere glossas suas ex Abstrusa Glossario (cum Abolita) compilavit ; Glossarium Ab Absens quia tam parvum est et eandem fere materiem atque Abba, Aa, Abav. habet. Ea duo glossaria exhibuit (in apographo) Goetz (Corp. Gloss. IV). Glossarium quod dicitur Abavus maius nihil est nisi coadunatio glossariorum Abav., Ab Abs. etc., Ineptum igitur est dicere : « Haec glossa non solum in Ab Abs. est sed etiam in Abav. mai. ». De Abav.mai. tacere est melius. Glossaria saeculorum X, XI, etc., velut Casin. 90, Vat. lat. 1468, Vat. lat. 1469 (Bedo-Plac. ; cf. Pirie, Bulletin Du Cange II, 185), nihil fere habent quod non ex prioribus glossariis, quae exstant (Aa, Abba, Ab Abs. etc.) mutuata sint et in mutuando refinxerint. Necnon glossaria recentiora, v. g. Papiae Lexicon, materiem fere omnem ex prioribus compilaverunt. Ineptum igitur est de Papiae glossa dicere tamquam ipse Papias primus glossam excogitavisset. Immo revocanda est glossa ad eum fontem (puta Glossarium Ansileubi) unde eam Papias hausit. Glossas Isidori quae dicuntur quis hodie nescit revera esse collectam a Scaligero aliisque Addendorum ad Lexica Latina turbam et eam non solum ex Glossariis (quae omnia, ni fallor, exstant) sed etiam ex Hermeneumatis, ex Inscriptionibus, ex Commentariis, ex Notarum Tironianarum libris, et aliunde congestam esse. De eis quoque tacere melius est.

Disce nunc quorsum via Ritschelianorum et mea via divergant. Ritscheliani credere videntur in omnibus fere glossis mediaevalibus inesse antiquam

doctrinam. Contra equidem affirmo plerasque triviales esse, nihili valere, ex adnotatiuncula marginali a magistellis, sua ipsorum tenuissima doctrina fretis, adscripta esse collectas. Qua de re in duobus libellis plenius disputavi, (1), Ancient Lore in Medieval Latin Glossaries, London, Milford, 1922 (= St Andrews University Publications, nº XIII), (2) Bulletin Du Cange (= Arch. Lat. Medii Aevi) III, p. 95.

W. M. Lindsay.

ABBA

EDIDERUNT

M. INGUANEZ C.-J. FORDYCE

PRAEFATIO

Glossarium quidem quod habet codex Sangallensis 912 quodque incipit *Abba* : *pater* iam anno 1885 Warren edidit commentoque instruxit (= Trans. Amer. Phil. Ass. 1884), sed Ritschelianorum viam secutus ; apographumque codicis Goetz anno 1889 publici iuris fecit (C. G. L. IV, pp. 199-298). Qui tamen ipsum codicem in manibus tenuit, is statim agnoscit non ibi esse plenum Abba glossarium sed epitomam ; v. g. pro plena glossa (NA 24) :

Natis et hae nates ; naticae Latinum non est,

Sangallensis habet nil nisi tria verba, *Natice non est* ; plenam et huius glossae formam servat glossarium Asbestos et aliarum, v. g. (AB 74) :

Abba Syre, Graece pater (πατήρ), Latine genitor,

pro qua Sangallensis, ut dixi, nil nisi *Abba* : *pater*. (Cf. ME16.)

DE EPITOMA

Codex Sangallensis (*S*) minimae est formae, tamen litteris maiusculis exaratus, seni nimirum aptus

qui comitem longae quaerit habere viae ;

sed utrum apud monasterium Sangallense confectus an eo a peregrinante nescioquo allatus vix liquet. Librario qui eum saeculo octavo confecit datae erant membranae aliquot antiquissimorum codicum; nam in paginis 310, 312 dispici potest scriptura libri Hieremiae, quam saeculo V vel VI idcirco attribuit Lowe (Class. Quart. XXII 57) quia prima paginae cuiusque littera grandior est et extra versuum ordinem stat (1).

Epitomam habet etiam codex Ambrosianus B 31 sup. (*A*), litteris minusculis exaratus quales saeculo nono incipiente in Italia septemtrionali in usu erant. Etiam folium curtatum, saeculo VIII Bobii scriptum (*frag. Ambr.*) quod a bibliothecario nescioquo in codice Ambrosiano F 60 sup. (saec. VII) insertum est, quodque mihi non folium glossarii fuisse videtur sed potius scidula in qua glossarum reordinator C-capitulum disponere instituerat. (Glossas v. d. Car. Pascal publici iuris fecit ; Boll. Filol. Class. XI 88-90). Tria testimonia, *S*, *A*, *frag. Ambr.*, ad unum parentem codicem non dubito revocare ; sed eum parentem fuisse plenum Abba glossarium credo, in quo indicia ad curtandas convenienter glos-

(1) Hunc antiquum paginae incipiendae morem librarius glossarii, sive suo arbitrio sive iussu viri venerabilis eius cuius in usum glossarium confecit, secutus est.

sas apposita erant (sicut in codicibus quibusdam pleni Libri Glossarum ; cf. Palae. Lat. III 23). Nam neque semper eodem modo glossam curtaverunt tres nostrae epitomae, neque easdem semper glossas elegerunt.

DE GLOSSARIO ASBESTO.

Plenam glossarii Abba formam exhibet, sicut dixi, glossarium Asbestos, quod a glossa incipit *Abeston* (Isid. Etym. 16, 4, 4 *Abeston Arcadiae lapis ferrei coloris* etc. ; quam doctrinam ex Aug. Civ. 21,5 hausit Isidorus). Sed non integre ; multas enim glossas abiecit Asbestos, multas addidit ; unde fit ut Abba glossarium purum putum vix possit hodie recuperari. Duos glossarii Asbestos codices adhibemus, saeculo decimo ineunte in Italia scriptos (cf. ad ER 2), Casinensem 218 (*C*), Vaticanum lat. 1469 (*V*), et eam quam exhibent glossarum dispositionem sequimur.

Et cum capitula singula unius testis a locis ecclesiasticorum scriptorum incipiant, alterius testis capitula in eosdem locos desinant, manifestum est ea excerpta ecclesiastica non fuisse veram parentis codicis partem. Ea igitur prorsus abiecimus. Aliam tamen glossarum collectionem quae in *V* solo est, non in *C* (neque igitur in communi parente fuit), non potuimus abicere, glossas dico pretiosas ex Festi codice deperdito excerptas, de quibus Goetz disputavit (Rhein Mus. XL, 324 ; C. G. L. IV praef. xviii ; I 129). Sed quoniam *V* plurimas glossas minime pretiosas habet quae in *C* desiderantur, plurimas autem *C* habet quae in *V* desiderantur, non semper viro docto assentior hanc vel illam glossam in equum Troianum admittenti (cf. ad CE1 Cerritus ; CI 27 Cicures ; OL 190 Ola ; PE 2 Pegnides ; PE 21 Pepteides ; PE 67 Peculatus ; PE 81 Penis ; TA 15 Tagax). Festo tamen pretiosas ascribere non dubito, cum PRO 55 Propudia plane ad Festinam Abolita glossam (PR 100) quadret, LA 4 Laccobriga ad Fest. 105, 15, et reficta Festi verba (260,15) in PE 41 Penem agnoscas.

Sed postquam ad veram Asbestos glossarii formam pervenimus, restat ut veram Abba glossarii formam inde extrahamus. Quae igitur glossae glossarii recentioris propriae, a glossario antiquiore alienae sunt ? Recentiores sunt sine dubio loci ex Pauli Diaconi Epitoma exscripti, v. g. SE 74 Sentinare. Et quamvis Isidorianas glossas Abba minime spreverit, loci Isidoriani qui in principiis capitulorum aut finibus congregantur advenarum notam in fronte habent. Fulgentianas, i. e. librum Sermonum Antiquorum (praeter citationes) paene exscriptum, semper glossario Asbestos, numquam glossario Abba adsignamus. Quid enim contra dicunt glossae AB 55 Abstemius, AF 29 Affatim, FA 4 Fabre, GA 2 Ganea PRO 6 Problema ? Ceteras quas ab Abba abiudicamus intra cancellos quadratos seponimus.

DE FONTIBVS ABBA GLOSSARII.

Credo equidem te statim illud agnoscere — quod non agnoverunt Ritscheliani, — fontes nostri glossarii paene eosdem atque glossarii Aa esse. Unde fit ut plurimae glossa in utroque glossario appareant, quas quoniam in Aa edendo

tractavimus nolumus hic iterum in apparatu critico tractare. Tu igitur, siquid desideras, ad Aa glossarium, severiore ordine alphabetico dispositum, respice : facile ibi reperies.

Fontes igitur duorum glossariorum sunt :

I.-II. Abolita, Abstrusa. Quos idcirco coniungimus quia a nostri glossarii conditore bimembrem codicem (Abstr.-Abol.) adhibitum esse declarat VER 4 Verrant, ubi in Abol. glossa fragmentum glossae Abstr. inhaeret.

III. Philox. Raro quidem in Aa Graece scripta vocabula apparent, in Abba numquam ; unde fit ut etiam difficilius in nostro glossario Philoxeneae glossae discerni possint, nisi siquae interpretationem Latinam (non Graecam) habuerint, v. g. IN 155 :

Insignis : nobilis, magnus, ornatus (= Philox. IN 491 Insignis : nobilis vel magnus seu ornatus). Abba tamen (non Aa) habet etiam Graeca lemmata (Latinis litteris scripta), in quibus aliquot Philoxeneas glossas inversas fortasse agnosces ; cetera velim mecum ad librum nescioquem Hermeneumatum revoces (v. g. PA 79, Peri thusion ; K 18 Kerason moi kai pasin).

IV. Vergilianae glossae e marginibus codicis Anglici collectae, v. g. HO 3 *Hospita lustres* ; *hospita* : *peregrina* (ex Aen. 3, 377).

V. Synonyma Ciceronis, v. g. I N 142 et 146 :

Ingenium : prudentia, industria, praescientia, doctrina, studium, scientia, arbitrium, vigilantia, astutia, naturalis sollicitudo.

Industria : doctrina, studium, vigilantia, sollertia, praescientia, ingenium.

Proprii autem fontes :

VI. Isidori Etymologiae, v. g. TRI 26 ; 27 :

Trieres : magna <navis> ; de qua in Esaia (33, 21) « non transibit per eam <trieris magna >» (= Isid. Etym. 19, 1, 10).

Trieres : navis magna ; quas Graeci dulcones vocant. (= Isid. ibid.)

VII. Eucherii Instructionum lib. II, de nominibus Biblicis, etc. Eis glossis siglum *Euch.* damus, addito numero paginae Wotkianae ; aliis eiusmodi aliunde haustis siglum *nom. Bibl.* (v. g. IO 4 *Ioram* : *diaconus*).

VIII. Biblicae glossae (sed hanc materiam non numquam etiam Aa adhibuit), v. g. VES 4 (ex IV Reg. 18,6) :

Vestigiis : pedum signis ubicumque (cf. AA *Vestigiis* : *ubicumque* ; Ab Abs. *Vestigiis* : *indiciis*).

IN 241 (ex Isai. 18,2) :

In vasis papyri : id est epistulis.

Necnon ad alios fontes adiit conditor glossarii nostri, ad quos etiam adierunt Anglicorum glossariorum (Corp, EE, etc.) conditores, sicut Nonium Marcellum (cuius archetypus codex videtur ex Anglia in Galliam venisse), Placidum, etc., nec tamen multa inde hausit.

DE UTILITATE GLOSSARII

Denique, certior iam factus et de vera forma et de fontibus Abba glossarii, quid prosint eius glossae quaeris. Pleraeque sane nihil ; sunt enim triviales ex



adnotatione marginali scriptorum collectae, ex vili Synonymorum congerie, etc. Sed melioris notae glossas non paucas habuerunt glossaria (1) Abol. (et Philox.) —ex Festo haustas, (2) Abstr. — ex Donati in Vergilium scholiis. Magni igitur refert ut glossarum Abol. et glossarum Abstr. veram et plenam formam recuperemus et exules restituamus. Et quoniam glossariorum Abol. et Abstr. qui hodie extant codices tam pauci sunt, tam manci, tam debiles, confugiendum est ad alia glossaria qui ex melioribus duorum glossariorum codicibus (nunc deperditis) glossas mutuata sunt. Ex meliore glossarii Abol. (?) codice (nunc deperdito) sumpsit Arma (E 163):

Extispices : aruspices ab extis, intestina hostiarum aspicientes ;

quae glossa in alio glossarii codice sic divisa erat :

Extispices : aruspices
ab extis intestina hostiarum aspicientes ;

unde ortae sunt mancae glossae :

Ab extis : intestina hostiarum aspiciens.
Extispices : aruspices.

Ad veram formam glossae Abstr. CI 16 enitimur his glossariis, quae eam Abstr. glossam mutuata sunt, usi :

Ampl. II (p. 276, 55) Circulator : qui fama adportat periculum,
Abba CI 42 Circulator : qui famam adportat per circum,
Corp. C 425. Circulator : qui farinam atpostat per circulum,
Abav. CI 19 Circulator : qui famam portat vel circuit,
Aff. (p. 495, 38) Circulatus (*vel* -tor) : qui fama vel deportat (*pro* famam valde portat ?).

Antiquum vocabulum *clarimum* (i. e. clarissimum) ex hic testibus eruimus :

Abav. CL4 Clammum : clarissimum.
Abba CLA 7 Clarisio : clarissimum, illustrissimum.
Ansil. CA 496 Calmum : clarissimum.
CL 73 Clarimum : clarissimum.
Corp. C 478 Clammum : clarissimum ;

et siglum DE GLOSSIS in margine Ansil CA 496 adscriptum declarat glossam aut ex Abstr. glossario aut ex Abol. glossario provenisse.

In archetypo Abstr. glossarii codice glossa ex Donati in Aen. 8,343 scholio per librarii errorem 'cultur' pro 'cultus' habuit. Veram glossam ex his testibus erue :

Abstr. LU 24a (Adde in vol. III) Lupercalia : Gentilium cultor (*vel* -tus) quod mares colunt.
Abba LU 13 Lupercalia : gentium cultura, id est sacra Panis ; quia ipse dicitur dedisse responsa, ut coirent lupi et hirci.
Ampl. II (p. 309,5) Lupercalia : sacra Panis ; quia ipse dicitur dedisse responsa, ut coirent lupi et irchi.

Quid Servius scripserit de etymo vocabuli 'Carthago' scimus ; quid Donatus disce ex glossa quam nimirum ex pleno Abstr. glossario sumpsit Abba (K 1).

Qui extant Abstr. glossarii codices habent (EX 106) :

Exedra : absida ; id est locus subselliorum ;

sed ad plenam glossae formam et nostrum glossarium, meliore Abstr. codice usum, ducit (EX 68) :

Exedra : locus subselliorum, id est absida salutatoria,

et Corp (E 415) :

Exedra : locus subselliorum vel locus sal<u>tatorius.

Plenam glossam in nostro glossario agnoscis (CON 111) :

Coniectus in vinculis : missus, impulsus,

mancam in codicibus Abstr. glossarii qui hodie extant (CO 12) :

Coniectus in vinculis : missus,

mancam in Aa glossario (C 693) :

Coniectus : inpulsus vel missus.

Desinant igitur aliquando Ritscheliani affirmare glossarii nostri conditorem aut ex Festo ipso aut ex Festi epitoma ante-Paulina hausisse; luce enim clarius est conditores et Abba et Aa et Abav. et aliorum quae adhuc in codicibus latent (v. g. Paris, 10588) glossariorum ex eodem Abol. (cum Abstr.) glossarii codice eas doctas glossas hausisse. Abba servavit (STA14) glossam Stractae, quae glossa ex Festo provenit (448,4 Scraptae). Deest sane glossa in duobus qui extant Abol. glossarii codicibus, Vat. lat. 3321 et Casin 439; sed eam in parente codicis Casinensis fuisse declarat Aa (S 969) ; et eam ex Abol. glossarii codice nescioquo, non ex Festo ipso, sumpsit nimirum Abba, sumpsit etiam (fortasse ex alio) Ansil. (SC 303).

Tuque, lector, accipe glossarium Asbestos ita paratum ut ex eo glossarium Abba, alienis glossis intra cancellos quadratos incarceratis, evasisse videatur.

W.-M. Lindsay.

SIGLA

A	Ambros. B 31 sup.
C	Casin. 218.
Corp.	The Corpus Glossary, ed. Lindsay (Cambr. 1921).
Euch.	Eucherii Instr. II, ed. Wotke.
frag. Ambr.	Ambros F 60 sup. (fol. ultimum),
Isid.	Isidori Etymol., ed. Lindsay.
S	Sangall. 912.
V	Vat. lat. 1469.

Asterisco notantur glossae quae et in *CV* et in Epitoma apparent.

ABBA

AB

1. A<s>beston (–os) (Isid. Etym. 16,4,4) 2. Absictos (apsyc-) (ib. 16, 11, 2) 3. Aprica loca (ib. 14, 8, 34) 4. Ablactatus (ib. 10, 11) 5. Abactor (ib. 10, 14) 6. *Abactus : quod sit ab actu remotus. (ib. 10,20 ; Abstr. AB 3) 7. Abram (ib. 7, 7, 2) 8. Abortivus (ib. 10,20) 9. Absida (ib. 15,8, 7) 10. Abies (ib. 17, 7, 32) 11. Abiuratio (ib. 5, 26, 20)

12 *Abaso ·: infi[r]ma domus. (Abstr. 7) 13 *Abantes : mortui ; quod (–os) Graeci elibantes appellant. (' Abstr. '). 14. *Aberuncat : abstirpat. [15] *Abenicat (–eruncat) : eradicat. (Abstr. AV 6) 16. <Extispices : aruspices> ab extis intestina hostiarum aspicien<te>s. 17.* Abellum (avillus) : agnus recens natus. (' Abol. '). 18. *Abigel[l]us (–geius) : qui tollit rem aut peculium (–cus) alienum. (Abstr. 17) 19. * Abiugassere : disiungere, dissolvere, [20] *abiungere : dissociare, seiungere. (' Abol.') 21. *Abiuga : a iugo semota vel dissociata. (' Abol '.) 22. *Abissus (aby-) : profundus (–dum) [vel profunditas Scripturarum.] (Euch. Fo. p. 10, 16) 23. *Abigit : minat, expellit. (Abstr. 33) 24. *Ab incursu : ab impugnatione. 25. *Ab (ad) ingruentes : ab (ad) immittentes (immine– ?). (*Unde* ?) 26. *Abiurat : negat, reprobat. (Abstr. 28 ?) 27. *Abita (avida) : insatiata. 28 *Abolitio : res semota et in oblivionem perducta. 29. *Abolet : tollit vel delet, obliviscitur, de memoria peni-

---

AB. Post titulum INCIPIT GLOSA (fol.r. col. ii summ.) has glossas (col. ii) glossae *Abba: pater* (fol.v col. i. summ.) praemittit *A* : –Allegoria : spiritalia, Acolothin (Coheleth) : Ecclesiasten (=AC 94), Ambrosia : divina, Analogia : simili<s> comparatio sive propositio, Absida<s> : latori (–tiores) circulus (–los), Anachoritae : qui soli habitant, Adnititur : plus conatur, Abluit : cadit (?), Adluit : profudit (perf–) (Abol. AD 70), Adlubiis (–uvies) : locus cenosus (Abol. AD 69), Adridit : gaudit favit, Artum : angustum locum sive (Astum :) dolum, Artis : strictis, Agra (atria) : aedes (=AT 17), Abdigat (–cat) : ex<h>ereditat, Abluta : diligenter lota (=60), Absistere : discedere, Abiect<a>e : exclus<a>e, Adruptis (abr–) : per vim ruptis (=42), Abiecit : proiecit (=100), Arces : altiora luta (loca ? iuga ?), Arbusta : loca arborum (=AR 38), A<r>tua : pluraliter (!), Accidus (aci– ?) : adduc (ab acrore ?) (=58).

12. Hic incipit verum Abba glossarium cuius prima glossa in *S* est *Abba* : *pater* (cf. 74). In *A* post praemissas aliquot glossas a littera A incipientes (vide supra) incipit AB –series ab eadem glossa *Abba* : *pater*.|| 13. *om. A*. quod.. app. *om. S*. quos AA 7. Ex schol. Aen. 1, 121 ? cf. Hesych. Ἄβαντες οἱ Εὐβοεῖς.. νέκροι.|| 14. cf. ad Corp. 23.|| 15. Abemcat *S* : Abem*cat *A* : Abencat *CV*.|| 16. cf. EX 136. Cf. ad AA 52, Arma 163.|| 17. Avillus AA 1423. Ex Festo. cf. Paul. Fest. 13, 14 (Av. ag. recentis partus).|| 18. *om. A*. pec. *om. S*.|| 19-21. Ex Festo ? cf. Abol. 16 Abiugat : dissolvit, Philox. 40 Abiugassere : ἀποζεῦξαι, Philox. 45 Abiugus (–ges ?) : θυσίαι ἀζυγίαι.|| 20. *om. A*. In *S* duae glossae, Abi. : diss., Abiungit : seiungit.|| 23. exp. *om. SCV* : expulit repellit *A*. Cf. ad 100.|| 25. cf. IN 299.|| 26. rep. *om. SA*.|| 28. Abolita remota *Abav.* 43.|| 29. Ab toll. (*cett. om.*) *SA* Cf. 106.

tus excludit[ur], vel negligit, reddere obliviscitur. (Syn. ?) 30 *Abhorret : displicet, dissonat, discrepat (Abstr. 28) ; <Abhorrens> : remotus ab amicitia. 31. * Abominat[ur] ; repudiat, negat quod suum est. (Abstr. 19) 32 Abolla : pallium philosophi. (Philox. ?) 33. *Ab oris : a finibus, ab initiis. (Abol. 5) 34. *Aborrea[s] (aporrhoea) : manatio. 35. *Abusi : male usi. (Abstr. 45) 36. *Abusive : ab usu tractum ; eo quod propriis rebus nomen commovit alienum. 27. *Abortus : ab eo quod est orior ; *Aborsus : ab eo quod est ordior. 38. *Abunda (apluda) : panici et mil[l]ei folliculi (-lus). (' Abol. ') 39. *Abusitatus : minus instructus scientia, <abusus sapientia =69>. (Abstr. 14) 40. Ab re : extra rem. 41. *Abutitur : recusat, contemnit (Abol. 2) 42 *Abruptis : per vim ruptis. 43. *Abnegat : plus quam negat. 44. *Absonus : non similis sono . (Abol. 36) 45. *Abdicat : a se alienat. expellit. (Abstr. 2) 46. *Abdidit : occultavit, abscondit aut texit. (Abstr. 34) 47. *Abnuit : rennuit. 48. *Abgrego : segrego, separo. (Philox. 26) 49. *Abluit : emunda[vi]t, lavit, detersit. (Abstr. 27) 50. *Ablegatus : condemnatus. (Abstr. 44) 51. *Abniso (–nuo) : nolo, veto. 52. *Abrogans : humilis. 53. *Abrogare legem : tollere. (Abstr. 5) 54. *Abstrusa : abscondita. (Abstr. 1) 55. *Absteinius : sobrius, observans (Abstr. 4) 56 * Absistit : longe est, recedit (desinit). (Abstr. 6) 57. *Absurdum : turpe, dubium vel incertum. 58. *Abstote (absistite) : recedite, abite. 59 *Absedeto : longe sedeto. (Philox. 90) 60. *Abluta : diligenter lota. 61, *Abligur<r>ire : plurimum consumere ; id est suspensis digitis leviter civum (cib–) tangere. 62. *Abtra (ap-) : folia vitea. (Philox. AP 8) 63. *Abduxit : amovit. 64 Abstitit : cessavit, discessit, longe stetit. 65. Absens : longinquus. 66. Abripuit : eripuit. 67. Absolute : manifeste. (Abstr. 26) 68 Ab imo : deiusum. (Abstr. 27) 69. Abusus sapientia (=39) 70. *Abstans : distans. 71. Ab se(re) : contra rationem .(Abstr. 22) 72. Abrogatur : aufertur. (Abstr. 23) 73. Ab ineunte aetate : ab ipsis rudimentis infantiae. (Abstr. 25) 74. *Abba : Syre, Graece pater (πατήρ), Latine genitor. (Abstr. 1a)

Abel (Isid. Etym. 7, 6, 8) 76. Abbacuc (ib. 7, 8, 20) 77. Abimelech (ib. 7, 6, 55) 78. Abessalon (ib. 7, 6, 67) 79. Abdo (ib. 7, 6, 55) 80. Abdias (ib. 7, 8, 17 + ?) 81. Abisag 82. Abellanae (ib. 7, 7, 24) 83. Abstinentia <maior> 84. Absalon (ib. 7, 6, 67) 85. *Abavus : tritavi pater, id est avus avi. (ib. 9, 6 ?) 86. *Abnepos : qui nascitur de pronepote. (ibid.?) 87. *Abunculus (av–) : frater matris. (ibid. ?) 88. Abpatruus : frater avi. (ibid. ?) 89. Abavunculus : frater aviae. (ibid.)? 90, Abamita : soror abavi (ibid. ?) 91. Abmatertera : soror aviae. (ibid. ?) 92. Absintiatum vinum. 93. Abstracta quantitas (ib. 2, 24, 14) 94. Abfuturus : non est

---

30. Ab. diss. disc. (*cett. om.*) *SA*.|| 31. Ab rep. (*cett. om.*) *SA*.|| *Posthac contractae in SA glossarum formae raro memorantur*.|| 32. Ex Iuv. 3, 115 ? Cf. BU 19. || 34. cf. ad AA 1125.|| 38. –culus *AA*. Ex Festo ? cf. Paul. Fest. 10,1 (apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive panici). 42. *om. S*. Abruptis p. v. ruptis *A Abav*. 53 : Abruptus p. v. raptus *V* : Abreptus p. v. raptus *C*. Cf. Aen. 11, 492 (qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis)|| 43. cf. ad AA 86.|| 44. *om. A*. Absono non simili sono *S* : Absonus non similis sonus *CV* : Absonum non simile sono *Abol*.|| 48. Ab. ἀπαγελάζω διαχωρίζω *Philox*.|| 52. hum. *SA* : non hum. *CV*.|| 58. Abitote *Ab Abs*. cf. ad AA 128.|| 59. Abs. διάστηθι *Philox*.|| 60. cf. ad AA 80.|| 61. id est] an idem ?|| 62. *om. A*. vitis *CV*. : vitae (i. e. –tea ?) *S* : vitea *AA* 1122. Ap. ἀμπελόφυλλα *Philox*. Ex Festo.|| 66. –pit –pit *Abav*., *AA*.|| 70. *om. V*. –nt –nt *A*.|| 74. C. G. L. IV 3, 1a. Abba pater (*cett. om.*) *SA*.|| 94. cf. AF 20. Immo Af–, quasi a esset Graeca particula negativa (!). Af– *AA*, *Ab Abs*.

futurus. 95. Aborigines : <convenae> originis obliti. (Abol. 12) 96. [Abzet : extincta est vel mortua. Lucilius in XXII « primum Pacilius tesorofilax pater abzet »] (Fest.)

Add. ex SA : 97. Abacta : immolata (invol–) 98. Abest : deest. (Abol. 24) 99. Abit : discedit, Abiit, discessit. (Abstr. 9) 100. Abicit : proicit. (Abstr. 50) 101. <H>abitudo : <h>abitus corporis vel vestitus (vestium) (Abstr. 43) 102 Abunde satis. (Abstr. AD 1 ?) 103. Abditum : absconsum, secretum vel obscurum. (Abol. 9). 104. Absque foedere : sine amicitia. (Rom. 1, 31) 105. Abricum (ap–) : locus temperat[iv]us sine <f>rigore. (Abstr. AP 4 sine vento) 106. Abolere : de memoria excludere. (=29)

AC

1. Actualis pars philosophiae (Isid. Et. 2, 24, 16) 2. Acyrologia (ib. 1, 34, 4). 3. Acuta vox (ib. 3, 20, 12) [4] Aspera vox (ib. 3, 20, 13) 5. Acolithi (–ly–) (ib. 7, 12, 29-30) 6 *Academici (ib. 8, 6, 11) 7. Achaia (ib. 14, 4, 14) 8. Acroceraunei (–nii) montes (ib. 14, 8, 6) 9. Ac<h>erontea (ib. 14, 9, 2) 10. Acetabulus mensura (ib. 16, 26, 5) 10a. Acetabulum (ib. 16, 27,6) 12. Al (ibid.) 13 Acorum (ib. 17, 9, 10) 14. *Acanthus (ib. 17, 9, 20) 15. Aconita[s] (ib. 17,9, 25) 16. Actuariae naves (ib. 19, 1, 24) 17. Acateon (–tion) (ib. 19, 3, 2) 18. Acus (ib. 19, 31, 9) 19. Acu picta (ib. 19, 22, 22). 20. Accusator (ib. 18, 15, 7) 21, Accubitum (ib. 20,1, 2) 22. Acetum (ib. 20, 3, 9) 23. Acies gladii (ib. 18, 6, 2) 24. Acetabulum (ib. 20, 4, 12) 25. Ac[c]h<a>ei (ib. 9, 2, 73) 26. Achivi (ibid.) 27. Acies (cf. ib. 9, 3, 56-64) 28 Acer (ib. 10,6) 29. A[c]hia (ib. 7, 8, 27) 30 Achazias (ib. 7, 6, 72) 31. Achab. (ib. 7, 6, 77).

32. *Ac<h>at[h]e<s> : genus lapidis. (Abol. 16) 33. *Accentus : sonus vocis correptae vel productae. 34. Actam : compulsam, coactam. (Abol. 20 –ti) 35. Achel<d>ra[e]ma[c] : ager sanguinis. (Mat. 27,8 ; Act. 1, 19) 35. *Acerbitas : crudelitas vel immaturitas. 37. *Acervus : tumulus (cu–) 38. *Accersit : vocat. 39 * Acerbum : immaturum vel malum. (Abstr. 9) 40. Acceptator : auctor, conscriptor. 41. Accuratus : delicatus, diligens, Accuratius : delicatius, diligentius. 42. *Accersitio : vocatio. 43. *Acheron : fluvius, apud inferos. (Abstr. 29) 44 *Acerlis (acieris) : securis quam flamines vel pontifices habebant (' Abol. ' ?) 45. *Acervat : condensat, constipat, coadunat. (Syn. ?) 46. *Acrimonia : saevitia. (Abstr. 8) 47. *Acroc<h>eria (–iria) : ligatura articulorum. (Abstr. 2) 48. Accicrea (asignae κρέα ?) : caro. (Philox. AS 37 ?) 49. *Acie : turba. 50. Acrae mentis : validae mentis. (Abstr. 3) 51. *Acediatur : stomachatur. (Abstr. 39) 52. * Aciem : oculorum aut vim ferri. 53. Acies : acumen. 54. *Accitur : advocatur. 55. Acciti : evocati, recensiti. 56. Accio : voco, accerso. 57. *Accito : evocato. 58. *Acidus : ab acrore. 59. Accisis : circumcisis. (Abstr. 19) 60. *A<u>ctius : amplius, uberius. (= AU 26) 61. *Aconitum : genus veneni. (Abstr. 28) 62. *Aco<e>nonitus (–net–) : qui nulli communicat.

---

95. *om. V.*|| 96. *om. C.*|| 100. cum 23 fudit *S* (Abicit proicit minat)|| 102. Adfatim ab sa. *Abstr.* Cf. AD 109.|| 103. Ablatum *S* (*non A*). se. vel ob. *om. S Abol.* (*non A*).

AC. 6. Academicus : philosophus, Academia : locus ubi Plato tractabat *S* (*om. A*).|| 14. Ac. genus floris quo vestes inficiuntur *S* (*om. A*).|| 37. tumidus *CV*.|| 39. –turus *CV*.|| 44. *om. A.* flaminei subpontificis *S* (*non AA*). habent *AA*. Acceres ἀξίνη ἱεροφάντου *Philox.* 27. Ex Festo. cf. Paul Fest. 9, 9 (Acieris securis aerea qua in sacrificiis utebantur sacerdotes.)|| 48. Asignae κρέα μεριζόμενα *.Philox.*|| 55. an accersiti (Abol. 1) ?.|| 58. cf. ad Corp. 68.|| 62. Acn– *CV*.

(Abol. 17) 63. Acroemata (–oam–) : auditio lyrarum vel tibiarum, 64. Ac si : velut. 65. Actor : est qui pro alio causam dicit. 66. *Aconita : herba venenaria. (Abol. 2) 67. Acuto scopulo : aspero saxo. 68. *Acuum (?) : diadema. 69. *Accola : qui alienam terram colet (–it) vel cultator (cultor ?) 70. *Actutam (–um) : est confestim, statim. 71. *Actuarius : acta qui facit. (Abol. 17a) 72. *A culmine : ab alto. (Abstr. 9) 73. *Accelerat : celeriter advenit vel appropinquat (Abol. 26) 74. Actutum : sine mora [vel sub motu<m>] 75. Aculeus : stimulus 76. *Acedia : taedium animae, anxietas. (Abstr. 5) 77. Accolae : vicini vel finitimi possessores. (Abstr. 11 ?) 78. Acervus : moles vel cumulus cuiuslibet rei. (Abol. 12) 79. Acerra : far (vas) quod sacrificiis adhibetur. 80. Acerbe : moleste, graviter. 81. Ac veluti : quasi, quemadmodum. (Abstr. 17) 82. *Acinus, [h]acini (hi ac- ?) : dicitur genere masculino. 83. Ac[ci]ta<e> : litora amoena. 84. Acies : extensa militum impugnatio. (Abstr. 6) 85. Acalanthus (–is) : cardulus (–dellus). (Abstr. 12) 86. Accentus : sonus, inflammatio vel vociferatio. (Abstr. 13) 87. *Acolinis : incumbens vel curvus. 88. *Acer : fortis, durus, vehemens, crudelis, velox. (Syn.) 89. Acerva (–ba) mors : in infantibus est.

90. Accaron (nom. Bibl.) 91. Achas (ib.) 92 Achitofel (ib.) 93. Adama (ib.) 94. Accoheleth (ib.) 95. Achas (ib.) 96. Achilon (ib.).

Add. ex SA : 97. Acapis (agape) : caritas. 97a. Acapitus (agapetus) : dilectus. 98. <H>a<c>tenus : usque nunc. 99. Acersa (–rra) : arcula toreania (turaria). (Abstr. 23 arca) 100. Ac<c>ipitrem : acceptorem. (Abstr. 4)

AD

1. *Adonai : Hebraice, Latine Dominus. (Euch. 140, 12) 2. *Adicias : addas. (Abstr. 98) 3. *Adeas : accedas. 4. *Addidit : intulit. 5. Adigamur : compellamur, perducamur. 6. *Adeptus : consecutus. (Abstr. 112) 7. *Adipiscitur : consequitur, fruitur, potitur (Syn. ?) 8. *Adesto : auxiliare. 9. Adpendices : adiuncticiae. 10. *Adero : auxiliabor vel occurram. 11. * Adulta : matura. 12. Adeps : arvina, axungia, pinguedo, crassitudo (Syn. ?) 13. *Aditus : introitus, accessus vel ingressus. (Abstr. 54) 14. Advena : peregrinus. (Abol. 63) 15. *Adnabat : natabat. 16. Ad liquidum : ad purum. 17. *Adnare : natare. (Abstr. 39) 18 *Adolevit : crevit (Abstr. 89) [19] *Adolescit : crescit. 20. *Adolere : incensum offerre. 21. *Adolatur (adul–) : blanditur. 22. Adumbrat : effingit, simulat. (Abstr. 42 ?) 23. Adclybatum (–cliva–) : obliquum, curvum. (Abstr. 83.) 24. *Advectus : apportatus. (Abol. 21) 25. Adimet : auferet, tollet, detrahet. (Syn. ?) 26. *Adh<a>esit : conglutinavit. 27. Ad imum : in profundum. 28. Ad limina : ad domum. 29. Adverte : intellege, cognosce. 30. Aduncis naribus : curvis naribus. (Abstr. 109). 31. Adorta (–rca) : gloria bona. 32. Ad incita[tu]m : ad extremam fortunam vel perniciem. ('Abol.'). 33. Adf[a]retus (?) : defensus, circuitus. 34. Adsecula : domesticus, pedisequus, familiaris, adulator, agaso[n], minister, officialis vel quod sequatur aliquem lucris saeculi. (Syn. ?) 35. Admentum (ame-) : ligamentum quod in medio lanceae ligatur. 36. Adoreis : sacridiciis seu laudibus bellicis. (Abstr. 117) 37 Adfabrim (–re) : artificiose. 38. Adorea[ta] : farrea ; id est ea quae ex furris (farre) sunt facta. 39. Adscisso (–isco) : lenio, assentio,

---

66. *om. C.* cf. AG 20.|| 67. cf. AA 209.|| 71. cf. AA 203.|| 74. cf. vol. II Arma praef.|| 79. cf. 99.|| 83. cf. ad AA 199.|| 94. *om. V.*|| 99. cf. 79.||
AD. 32. cf. ad AA 375.|| 38. Aen. 7, 109 (adorea liba). ex furiis *V.*

consilio tuo accedo. (Syn. ?) 40. Adeo : ingredior. (Abstr. 7) 41. *Adeo : maxime, satis, ideo, in tantum, valde (Abstr. 9) 42. Ad extollendum : ad laudandum. (Abstr. 10) 43. Adlositum (adsolatum ?) : adlisum. (Abstr. 13) 44. Adigebant : cogebant. (Abstr. 12) 45. Aditalis : qui adit. (Abol. 50) 46. Adit : intrat, impellit. (Abstr. 19) 47. *Adscivit : sociavit. (Abstr. 17) 48. Adornat. : plus quam ornat. (Abstr. 24) 49. *Adoptat : adfiliat. (Abstr. 25) 50. Adoptivus : quia est optatus in filium. 51. Adamas : lapis ferro durior. 52. Adamans : valde amans. (Abstr. 78) 53 *Adiumenta : auxilia. (Abstr. 82). 54. *Aquilum : fuscum, nigrum. (= AQ2) 55. Ad culmina : ad sublimia. 56. Adlegare : est verba aut imperatoris aut civitatis aut (ad) iudicem mittere. 57. Advocatus : causidicus. 58. *Ad summum : ad novisimum aut ad primum. 59. Adegit : ammo[n]uit, coegit. (Abstr. 94 ?) 60. *Adorsus : incipiens loqui. 61. Adoriri : incipere, aggredi. (Abol. 52) 62. Adorsus (–tus) : aggressus. 63. *Ad sciscitandum : ad requirendum, ad interrogandum. (Abstr. 27) 64. *Adluricum (–ludicrum): res ad lusum apta. ('Abstr.' ?) 65. Adibis: requiris (–es ?). 66. *Adversus: contrarius. [67] *Adversum : similitudinis imitatio. 68. Adnixus : conatus seu estimatus (?), incumbens. (Verg. 1, 144) 69. Admodum : valde. (Abstr. AM 9) 70. Advelat : coronat. (Verg. 5, 246). 71. Adelfus : frater, Exadelfus : consobrinus. 72. Adimit : tollit, negat. (Abstr. 2) 73. Adstruere : affligere, obiurgare. 74. Ad solitum : ad libitum. 75. Adseculae : pedisequae (–qui) vel lenones. (Abstr. 15). 76. Adlectus : quod sit palam electus. (Isid. Et. 10,20) 77. Adolescens : dictus ab adolendo et crescendo. (cf. ib. 11, 2, 15) 78. Adolescentia (cf. ib. 11, 2, 4) 70. Adversi dentes (Isid. Diff. 2, 59) 80. Adama : Hebraice, Latine domus. 81. Adamas (Isid. Et. 16, 13, 2-3) 82. *Adstipulatione : [ad]sponsione. 83. Adamantias et Gorgonias : maleficia quaedam per quae dicuntur maritis amorem timoremque inmmittere (ps. -Aur. Vict., Epit. Caes. 42,20). 84. Adulterium (cf. Isid. Et. 5, 26, 13 ; 10, 10), 85. Adulterum Martem (ib. 8, 11, 51) 86. Adar (Euch 153, 15) 87. Adam (Isid. Et. 7, 6, 4)

Add. ex SA : 88. Ade<m>ptum : adlatum (abl–)(Verg. 3, 658) 89. Adipiscit : adquirit obtenit (–tinet). 90. Adnectit : adiungit. 91. Adstipulatur : adipiscitur, consequitur. 92. Adstipulantem : spondentem. 93. Adversa : contra posita. (Verg. 1, 103) 94. Adh<a>eserunt : adpropinquaverunt. 95. Adest : praesto est. (Abstr. 44) 96. Adamas : lapis durissimus qui ferrum (–o) non l<a>editur. 98. Adiciales : qui domos alienas habent. 99. Addita : adiuncta. 100. Adhibete : praesentes facite. (Verg. 5, 62) 101. Adhibetis (–bit–?) : congregatis, convocatis. 102. Adscivere : adiungere (–nxe–?). 103. Adscitum : adiunctum. (Abstr. AS 4–tus) 104. Adminiculum : subsidium, auxilium, solatium, adiutorium (Abstr. 99 ?) 105. Adita (–yta) : interiora templi. (Abol. 20) 106. Aditi (–dyt–) : secretis locis (Verg. 2, 297) 107. Adhibeam. addam. 109 Adfatim [h]abunde. (Abstr. 1) 110. Adcommoda<m>: aptam utilem. 111. Adcommodatius :

---

50. Isid. Etym. 10, 20 (ad. quia est op. palam in fi.).|| 51. cf. 96.|| 56. mitt. *om. V*.|| 57. –tis –cis *A*.|| 59. am<m>ovit *AA*.|| 61. cf. AA 443.|| 64. *om. A*. lusum *CV* : lumen *S*. An Ludicrum (cf. Serv. auct. in Aen. 12, 764) ? Vix cf. In ludicro : res quae de ludo datur *Aff*. Vide ad AA 391.|| 65. cf. ad AA 255.|| 66-67. cf. ad AA 512-3.|| 68. cf. ad AA 271. Cf. AN 73.|| 70. cf. ad AA 292.|| 74. Vix cf. 43.|| 82. cf. 117 ; 92. –nem –nem *CV*.|| 88. cf. ad AA 306.|| 89. –scit *etiam AA* 383 ; 317.|| 93. cf. ad AA 525.|| 96. cf. 51.|| 97. non est ; in numerando peccavimus.|| 100. cf. ad AA 254.|| 101. –bit– AA.|| 106. cf. ad AA 298.|| 109. cf. AB 102 ; AF 29.|| 110. cf. ad AA 236.|| 117. cf. 82.

utilius. (Abstr. 45) 112. Adiectus : ad<d>itus, adpositus. 113. Adlecta : evocata. 114. Aduleo(–dol–) : cresco ; unde et adulti dicuntur. 115. Adsentationis . adolationis (–dul–). 116. Adsensio : fides. 117. Adveant (–vehunt) : adportant. 118. Adurit : incendit. (Abstr. 31) 119. Adstipulationem : [ad]sponsum.

AE

1. Aeternus dicitur Deus (Isid. Et. 7, 1, 21-2) 2. *Aeternum : perenne, perpetuum. 3. *[A]Epiphania : apparitio, ostensio, manifestatio. (Isid. Et. 6, 18, 6, etc.) 4. *[A]Eden : delicias. (ib. 14, 3, 2). 5 *Aemulus : imitator vel invidus (=7 ?) 6. *Aemula : imitatrix seu adversa. 7. *Aemulo : invido imitatore. 8. *[A]emolumentum : lucrum vel qu<a>estum. 9. Aedes : domus. (Abstr. 4,) 10. *Aedituus : [h]ostiarius templi, vel domorum custos. 11. *Aeque : similiter vel iuste. (Abstr. 22 ?) 12. *Aequiperant : aequant, compensant, similant, concordant, consentiunt. (Syn.) 13. *Aequa lance : simile divisione. 14. *Aequora : maria vel campi ; ab aequalitate dicta. (Abstr. 9) 15. *Aevitas : aetas. 16. *Aevum : longa aetas vel tempus saeculorum. (Abol. 8) 17. *Aevo gravis : sexu vel aetate infirmus. 18. *Aer : inter caeulum et terram. 19. Aer. (Isid. Et. 13, 7, 1) 20. *Aes : <a>eramentum. (Abstr. 20) 21. *Aerarium : thesaurum (Abstr. 16) 22. *Aequ<a>evus : co<a>etaneus ; id est unius aetatis, coaevus. (Abstr. 5 et 34). 23. *Aestu : turbatione, calore. 24. Aet[h]na : nomen montis. 25. *Aethera (–thra ?) : rota caeli ; eo quod species eius in rotundum formata est. (Abstr. 7 + Isid. Et. 13, 5, 2) 26. Aera : volucribus data sunt. (?) [27]. Aether : est ipsum elementum in quo sidera sunt, significans eum ignem qui in altum separatus est a toto mundo. (Isid. Et. 13, 5, 1) 28. *Aet[h]on : aquila. 29. *Aeneum : aereum (? Abol. 7) 30. * Aetatula : aetate modica. (Abstr. 21) 31. *Aenenitores (aeneat–): tibicines (tub–) (Abstr. 25) 32. *Aenead<a>e : coniurationes (-ti Aeneae). (Abstr. 27) 33. * Aethera (–ria) : caelestia vel (Aethra ?) possessio (?) caeli ignea (Abstr. 31 + ?). 34. *Aesculus : genus arboris (Abol. 9) 35. * Aeneatores : cornu vel calamo canentes. (Abol. 10) 36. *Aeneades : Troiani vel Romani. 37. *Aeviter<n>um : aeternum. 38 *Aefumiae (aestimiae) : aestimationes. (' Abol. ') 39. *Aerumna : miseria vel infelicitas, calamitas, tristitia, labor vel inopia. (Syn.) 40. *Aequiloquus : iusta loquens. (Abol. AQ 3) 41. Aestimat : suspicatur. (Philox. 39 ?) 42. *[A]epos : versus heroicus ; quod ipso dicantur gesta heroum. (Abstr. 29) 43. *Aegre : anxie, moleste ; vel vix ; seu indigne. (Abol. 12 ?) 44. Aereas (–ia) animalia : vel aves in aera (–re) volantes. (' Abol. ') 45. Aequaevi : co<a>etanei. (Abstr. 5) 46. [A]epul<a>e : escae. (Abstr. 10) 47. Aet<h>er : aer superior aut caeli pars. (Abstr. 6).

Add. ex SA : 48. Aelam : porticum. (Euch. 149, 13) 49. Aethiops : gens sub occasum. 50. Aethiopum : Indorum. 51. [A]ethica : moralis intellegentia. 52. [A]eminentia : alta. 53. Aetherio (–um) sensum : cae-

---

AE. 2. Aet. –em –um sempiternum *A*.|| 4. Aedem *CV*.|| 5. In *SA* duae glossae, Aem. : im., Em. : inv.|| 6. *an* adversans ? *an* adversaria ?|| 12. –rat *S*.|| 13. aequali div. *AA* 578.|| 20. *om. V*.|| 22. cf. CO 6.|| 26. cf. 44.|| 30. aetate *solus S* (aetas *cett.*). Et in codicibus Abstrusa aetate *solus v* (aetas *cett.*). Corrige vol. III, p. 6. Cf. Warren, p. 132.|| 33. ig. *om. CV*.|| 35. *om. A*. canta<n>tes *S*.|| 38. *om. A*. Aefamiae *CV* : Aefunnae *S* (*pro* Aefumiae). Saepe litterae *sti* ita scribuntur ut a litteris *fu* vel *fa* vix distingui possint : Aestimiam *AA* 620. Ex Fest. 24, 15 (–mias).|| 41. Ae. ὑπολαμβάνει *Philox.*|| 44. cf. ad AA 600. Cf. 26.|| 47. Alter *CV*.|| 53. Aff.

lestem <spiritum>. (Verg. 6, 747 ?) 54. Aemulatio : zelus, contentio, invidia. (Syn. ?) 55. Aestas : unum de quattuor anni tempora. 56. Aestuat : an[c]xiat. 57. Aequitas : iustitia. (Abstr. EQ 3) 58. Aegrimonia : anxietas. 59. Aeger : anxius, tristis, lassus, infirmus. (Syn. ?) 50. Aestus : calor.

AF

1. *Afficit : affligit vel obiurgat. (Abstr. AD 4 -is) 2. Affectus : consumptus, afflictus. (Abol. AD 39 ?) 3. Affectus : dilectionis teneritudo vel (Affinitas :) propinquitas. fAbstr. 5 et 6) 4. Afron. (aphr–) : fatuus, insipiens. [5] Afrosin (aphrosyne): insipientia. 6. *Afrodi<te>n (Aphr–) : spumam sanguinis generantem. (Isid. Et. 8, 11, 76) 7 *Afficior : tedium patior. 8. Affectatores : appetitores. (Abstr. 4) 9. *Affectus : voluntas, studium, desiderium, amor, dilectio. (Syn.) 10. *Affatibus : allocutionibus. 11. Affati[m] : allocuti. 12. *Affluentia : abundantia. 13 *Afuit : defuit, absens fuit. (Abol. 7) 14. *Aformas (apho–) : occasiones. (Philox. ?) 15. Affectat : desiderat, appetit, vult vel temptat (Abol. 18) 16. *Affectio : voluntas. (Abstr. 3) 17. Affluit : abundat. (Abstr. 1) 18. Affabilis : magni favoris, aptus, bonus. 19. Affligit : necat. (Abstr. 7) 20. Affuturus : praesens futurus. 21. Afflictus : luctuosus et squalore confectus, malis oppressus. (Abstr. 8 ; AD 59) 22. *Affinis : proximus vel propinquus. (Abol. AD 33 a.) [23.] *Affinitas : propinquitas. 24. *Affligor : malis opprimor. 25. Afflixit : percussit. 26. Afflatus : inspiratus. (Abstr. AD 58 ?) 27. Affore : futurum esse. 28. Affabilis : delectabilis. (Abstr. AD 23).

Add. ex S (totum capitulum deest in *A* qui formas adf- solas agnoscit) :
29. Affatim : abundanter. (=AD 109 ?)

AG

1 *<H>agios : sanctus (Euch. 160, 2) 2. 2. *A(u)gustum : sanctum, amplificum. 3. *A(u)gusta : pulcra vel sancta. 4. *A(u)gustorum : sanctorum. 5. *A(u)gustius : magnificentius. (Abstr. AU 19) 6 *Agrestis : rusticus vel ferus. 7. Agens telis : prosequens (pers–) sagittis. (' Abol.') 8. *Agmen : multitudo. (Abstr. 4) 9. *Agonem : pugnam, certamen. (Abstr. 1) 10. *Agilis : velox, acutus vel astutus. 11. *Agacula (agag–) : lenocinator. (Abstr. 17) 12 *Agaron (–aso) : qui negotia aliena anteambulat. 13. *Agaso : domesticus (Abstr. 7) 14. *Agrippa : qui in pedes nascitur [inversus]. (Abol. 9) 15. *Agnati : liberi qui per adoptionem veniunt ; interdum cognati affines, sed per viros. 16. *Agoniae : hostiae, victimae. (Abol. 14 ?) 17. *Agonitheta (–noth–) : qui praeest certantibus in bello. 18. *Agonia : alacritas, amor vel vigor. (Abstr. 9) 19. *Agracas (Acrag–): nomen montis in Sicilia. 20. *Agonita (aco–) : herba venenaria. (=AC 66) 21. *<H>agiographa : sancta Scriptura. (Abstr. 8) 22. <H>agiographorum : id est sancta scribentium. 23. *Agricola : agri cultor vel colonus. 24. *Aggeres : terrae congeries. (Abstr. 3) 25. *Aggerat :

---

55. –pora *etiam AA.*

AF. 2. et alibi iocunditas laeticia *add. V.*|| 6. spuma *CV.* gerante *S.*|| 10. loc. *CV.* || 11. colloc. *C.*|| 13. Aufugit *CV.*|| 20. cf. AB 94.|| 29. Adf. abunde satis *Abstr.* : Adf. saltim vel abundanter Gloss. Leid. 67 F. Vix. ' Abol. ' (cf. Paul. Fest. 10, 25). Vix cf. Fulg. Serm. 43.

AG. 3. cf. ad 5.|| 5. sanctius pulcrius mag. *A.* Cf. AU 38.|| 7. Gloss. Verg. 428,50.|| 9. –one *SA.*|| 14. *om. A.* inversus (*pro* in, i. e. versus ?) *add. CV.* Cf. ad AA 684.|| 15. intantum cog. *S.* Cf. CO 16 ; Abstr. 5.|| 17. Melius AA 678 Ag. : qui certaminibus praeest (*om.* in bello).|| 20. *om. V.*|| 21. cf. 1.|| 23. *om. C.*

multiplicat, congregat, grande facit (Syn. ?) 26. Agitare : agere (Abstr. 13) 27. Agreste : ferum. (Abstr. 2) 28 * Agonista : certator. (Abstr. 10) 19. Agelas<t>us : dicitur qui numquam ridet. (' Abol. ' ?)

Add. ex SA : 30. Agon : certamen (Abstr. 1) 31. Agnatus : proximus, quasi filius. 32. Agmina : multitudines. (Abol. 1) 33. Ag<g>eus : festus vel sollemnitas. (Euch. 143, 16) 34. Agaso : minister officiales (–is).

AI

1. *Ain : ergo ; verbum interiectionis. 2. * Aio: dico. (Abstr. 2) 3. *Ais : dicis. 4. *Ait : dicit, canit, fatur. 5. *Aiunt : dicunt (Abstr. 6) 6. Aiebam : dicebam. 7. *Aisti : dixisti. 8. Ai<n> tandem : dicis vero. (Abstr. 4) 9. *Aiden : infernum. (Abstr. 5) 10. Aio te (agite ?) : exhortativa vox est. [11. Age et agite : verba sunt hortantis et defectiva.]

Add. ex SA : 12. Aiens : dicens.

AL

1. *Alcides : Hercules ; a virtute appellatus ; alce enim Graece virtus dicitur. ('Abstr.'?) 2. *Alioquin : nam si non vel si non, sicut cetera, vel potius magis. (Syn.) 3. *Alacer : hilaris, laetus, gaudens, expeditus, fortis. (Syn. ?) 4. *Algor : frigus. (Abol. 2) 5. *Allatum : apportatum. (Abstr. 11) 6. *Alluvium : ruina riparum ex aqua ; vel (Diluvium ?) quotiens fluvius alium sibi meatum facit vel delavatio. 7. Allabrus (–obrox) : civis de Gallia. (Abstr. AD 110) [8]. Allobrox : Gallus. 9. Allobroces (–ges) : Galli ; Alauda<e> [vel laude] dicti. [10.] Ambro[x] et Ambroges (–ones) : et ipsi Galli. ('Abol.' ?) 11. Allicit : incitat, provocat. 12. *Alternatim : vicissim. 13. *Alternanti : dubitanti. (Abol. 22) 14. *Alabastrum : genus marmoris pretiosum. 15. *Alluvione : inundatione. (Abstr. AD 39) 16. *Allabi : navigio duci. 17. *Alogia : convivium Graece. (Abstr. 45) 18. *Al[l]icula : genus vestis. (Abstr. 47). 19. [Al[l]ucinare (–ri) : vana somniare.] (Fulg. Serm. 52) 20. *Al[l]ucinatio : erratio, vel lucis alienatio. ('Abol.' + Abstr. 52) 21. *Allux : pollex in pede. (Philox. HA 30) 22. *Alfeus (Alph–) : deus marinus. (Verg. 3, 694 ?) 23. *Alma virgo : sancta ; Hebraeum est [24.] *aalma : virgo. 25. *Alites : aves sive volucres. 26. *Altilia : volatilia ; hoc est studio saginata. (Abstr. 32 + Abol. 12) 27. *Alatis : pennatis. 28. Aliger : pennatus. (Abol. 9 ?) 29. Altercatio : lis, contentio, disceptatio. (Abol. 5) 30. *Altercatur : litigatur, obiurgatur, verbosatur. (Syn. ?) 31. *Alveus : profundus vel torrens. 32. *Alvus : venter. (Abstr. 17) 33. [Altus : ab alendo dictus.] (Paul. Fest. 7, 5) 34. Alnus : pro navi ponitur. 35. *Alit : nutrit (Abstr. 10). 36. *Alitus : nutritus. (Abol. 19 ?) 37. [Algeo : ex Graeco ἀλγῶ dicitur, id est doleo, ut sit frigus quiddam membrorum rigore coniectum.] (Paul. Fest. 5, 22) 38. *Alendum : nutriendum.

---

29. Ex Festo, ni fallor, qui versum Lucilianum (1300 Marx) citavit.|| 34. cf. ad AA 644.

AI. 11. *om. V.*

AL. 1. Ex schol. Aen. 6, 392 ?|| 3. for. *A* : *om. CV.*|| 6. cf. Isid. Etym. 14,8, 42 (all. consumptio ri. ex aq.). Ex schol. in Verg. (dil.) ? || 9-10. cf. AM 9 ; TE 111. Ex Festo ? Cf. Paul. Fest. 15,29.|| 10. cf. AM 18 ?|| 20. Ex Festo prima pars venit. cf. Paul. Fest. 23,4.|| 21. Ex Festo ? cf. Paul. Fest. 91,1 (Hall. po. pedis, etc.).|| 23-4. cf. Hier. in Is. 7, 14, p. 108. An aal. vi. delend. ?|| 26. Alt. st. sag. hoc est vol. *A*. In S duae glossae Alt. : st. sag., Alt. : vol.|| 37. dolor quidam .. –tus *Paul. Fest.*

(Abol. 21) 39 *Altricem : nutricem. ('Abol. ') 40. *Alias : interdum, nonnumquam ; vel aliter. (Abstr. 3) 41. *Alumnus : quem quis aluit, id est nutrivit, vel nutrit. 42. *Aliorsum : alteram in partem. (Abstr. 21) 43. *Alimentum : nutrimentum. 44. *Alnum : lignum alnetanum, id est vernum. (Abstr. 33 verna). 45. *Allabitur : leviter decurrit. 46. *Allegoria : aliud pro alio significans ; id est similitudo (Abstr. 2 ?) 47. *Aliquantisper : aliquandiu. (Abstr. 44) 48. *Altrinsecus : ab invicem, hinc atque inde. 49. Allecti : electi. (Abstr. 24) 50 *Alares : caballares. (Abstr. 12) 51. *Ala : pars multitudinis exercitus. (Abstr. 11) 52. *Al[ci]tellus : alte evocatus (educ–). (Abol. ') 53. *Albet : splendet. (Abol. 10.) 54. *Alebre : pulchrum, bene educatum. (Philox. ? ; ' Abol. ' ?) 55. *Altellus : terra nutritus. (' Abol. ') 56. *Altiboans : in alto vel ex alto sonans. (' Abol. ') 57. *Alacrimonia : laetitia. (Abstr. 4) 58. *Alimonia : esca. 59. *Alsosus : frigorosus. (Abstr. 16) 60. *Allectat : spectat. (Abstr. 9) 61. *Altrix : nutrix. (Abol. 3) 62. *Albus (–um) praetoris : ubi sunt conscripti qui recitandi sunt ; tabula est in albis litteris. (Abstr. 46) 63. Alget : gelat vel nihil habet. 64. Altilis : nomen avis. 65. *Alvearia : vasa apium (Abstr. 28) 66. *Allapsus : sensim veniens. (Abol. AD 83 ?) 67. Alternatio : per vices successio. 68. *Alternatur : variatur. 69. Altruncat (averru–) : avertit vel alienat. (Abol. 14). 70. *<H>alitus : aura [vel]venti vel tepor caloris. 71. *Allata : renuntiata vel cognita. 72. Alpes : nives vel nomen montium. (' Abol. ' ?) 73. Alternat : Latinum est, id est post alterum facit (' Abstr.' ?) 74. *Alterna : mutua, vicaria. (Verg.) 75. <H>alat : flagrat (fra–) vel odorem emittit ; tractum ab <h>alitu spiritus boni. 76. Alipes : equus ; quasi alas habeat in pedibus. 77. [Al<l>ia : herbas calidas quae aestum repellunt ; ut Plinius enim dicit in Naturali Historia, etc.] 78. [Aloa] (cf. Isid. Et. 17, 8, 9 ; 9, 28) [79. Aleator : qui ad aleam, hoc est ad tabulam, ludit.] [80. Alphita[e] : farina ex <h>ordeo amaro et igne tosto.] 81. [Alleces : Graece insulsi. (?)]. 82. [Aglaizin (–on ?) : Graece splendens ; inde aglaones. (?)]

Add. ex SA : 83. Alternatim : vicaria, id est invicem recepta. 84. Alteruter : alter et ambo. (Abstr. 6) 85. Almum : sanctum, clarum (Abstr. 5 ?) 86. Alumnum (–ni) : filium (filii vel) servi ab alendo. (Abstr. 20). 87 Alo : nutrio. [88]. Alere : nutrire [89] Alunt : nutriunt 90. Alea : ludum tabul<a>e ; a quodam magno, Alea nomine, qui hoc lusum invenit. (Abstr. 30 mago) 91. Altioribus (art-) : strictioribus.

AM

1. *Amen : vere sive fideliter ; vel fiat. 2 *Ambrosiae : divinae, pulchrae. (Verg.

---

39. cf. ad AA 823.|| 43. Alimenta : nutrimenta, Alimentorum : nutrimentorum *add. A*.|| 50.–ris –rius *Abstr.*|| 52. cf. 55. Ex Festo. cf. Paul. 6, 29.|| 54. cf. Alerius εὔτροφος *Philox.* AL 18. Ex Festo. cf. Paul. Fest. 23, 17 (Alebria bene alentia). Cf. AA 737.|| 55. AA. Cf. 52.|| 56. cf. ad AA 818.|| 66. Allapsa caute ve. *Abol.*|| 69. AA (A 826), Abav. (AL 61) Idem igitur codex Abolita glossarii trium fons erat. || 72. cf. ad AA 795-6.|| 73. Alternatur Latinum non est sed alternat id est p. a. f. *Abav.* 53. Ex schol. Geo. 3, 220 (vel Aen. 4, 287) ?|| 74. cf. ad AA 810.|| 79-80. *om. V.*|| 83. ad vicem *A*.|| 86. cf. 41.|| 87-88. coniungend. ?|| 90. mago *etiam Ansil.* (AL 96)

AM. *Harum glossarum nonnisi tres et sequentis capituli nonnisi posterior pars* (*amisso exemplaris folio* ?) *supersunt in S*.|| 2. cf. ad AA 869.

1, 403 ?) 3. *Amoenum : delectabile, iocundum. 4. *Amoenitas : iocunditas. 5. Ambitiosus : expetens honorem, largitor et nimis officiosus vel gloriae appetens. (Syn.) 6 *Amputat : tollet (–it). 7. Ambiguae (–gnae) oves : ex utraque parte agnos habentes. 8. Ambro : consumptor patrimonii. [9] Ambrones : devoratores. (Abol. 6) 10. *Ambitus : circuitus vel potentia. (? Abstr. 6) 11. *Ambages : circuitiones (Abstr. 7) 12. *Amnis : fluvius. (Abstr. 3) 13. *Ambagines : loca flexuosa, anfracta vel tortuosa ac difficilia. 14. *Amictum : vestimentum. 15. Amicitur : ligatur (?), tegitur. (Abstr. 10 velatur). 16. *Amittit : dimittit. 17. *Ambit : circuit, circumdat. (Abstr. 5) 18. Ambox (–brosiam ?) : cibum. 19. Amplum : spatiosum. 20. Amolare (–ire) : dissipare. (Abstr. 22 -liri). 21. Amendat : extra commendat. (Abstr. 2) 22. *Amitini : qui ex fratre et sorore geniti sunt. 23. *Amictet (–cit) : vestet (–it). (Abstr. 27) 24. Amello (?) : aedificia publica. (Abstr.) 25. *Amictorium : vestimentum. 26. <H>amata catena (–nata ?) : ab eo quod sunt <h>a[ni]mi. (Abstr. 17) 27. Ambustum : exustum. (Abstr. 26) 28. Amburit : circumurit, incendit. (Abstr. 4 ?) 29. Amatores rivales : duo qui amant unam ; quasi de uno rivo. (Abol. 15) 30. Amphibalus : ex utraque parte bellosus (vill-). (Abstr. 19 ?) 31. *Amphi<t>rite : mare. (Abol. 14). 32. *Amens : qui mentem non habet sanam. (Abol.16) 33.[Amenta : ligamenta sive solearum lora ; ex Graeco amnata (ἄμματα) appellata <vel> quia aptantes ea ad mentum trahant.] (Paul. Fest. 11, 3) 34. *Ambifarius (–iam ?) : <ex> ambabus partibus loquens. (Abstr. 23 *om.* lo.) 35. Amita magna : soror avi. 36. [Ambignae oves : quas Iunoni offerebant, quae geminos parerent, ex utraque parte agnos habentes.] (Fulg. Serm. 6) 37. Amitinus : qui ex sorore patris progenitus est. 38. *Amurca. f<a>ex olei (Abstr. ? Abol. ?) 39. *Amentia : dementia, insania (=DE 64) 40. Ammodum : valde. (Abstr. 9) 41 Amministrat : procurat vel suggerit. (Abstr. AD 46 ?) 42. *A<d>missum : peccatum, reatum. (Abol. AD 13 receptum) 43. Ambulacrum. : spatium ambulandi. (Abol. 10). 44. Ambrosium (–ia) : divinum unguentum iuxta Paganos. 45. [Amaracus : puer unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta maiorem ex confusione odorem creavit ; inde optima unguenta amaricia (–racina) dicuntur ; hic post in herbam versus est quae nunc amaracus dicitur.] (Serv. Aen. 1, 693) 46. [Amomum : herba suavissimi odoris ; tantum in Assyria nascitur.] (Serv. Ecl. 4, 25) 47. [Amfrisia (–phrysia) vates : Sibilla ; ab Amfriso flumine Thes<s>aliae.] (Schol. Aen. 6, 398.)

1. Tolleno : genus machinae aquariae ; ita dictum quod est alternus vel quod attollitur seu quod tollat <h>austum aquae. (Abol. 19) 2. *T[h]omen : sectionem, id est quae dividi potest. 3. *Tomus : charta, divisio. 4. *Toles : membra sunt circa uvam. (' Abol. ' ?) 5. *Tholum : fastigium templi rotundi. (Is. 11, 1, 111) 6. *T<h>omix: vestis (res–) leviter torta. (' Abol. '). 7. *Totidem : ei<us>dem numeri vel tanti. 8. *Tollet (–it) : exaltat, erigit. 9. *Tollit : delet, extinguit. 10. Tolor (?) : hasta. (Abstr. 3) 11. Toga polla (pu–) : toga nigra. (Abstr. 1) 12. Togax (tag–) : furunculus. (Abol. 10) 13. Tongiliatim loqui : pravis verbis ; a Tongilio parasito qui hoc invenerat risus aucupium ut salutanti convicium responderet, male dicentem blandissime salutaret. (Abol. 18) 14. Tongilliatim : singillatim. (?) (Abstr. 6) 15. Tonsa (tun–) pectora : acerbos animos. (Abol. 13) 16. Tonsae : remi. (Abol. 16) 17. *Tostum (?) : tumulum et coadunatio terrae aut lapidum. 18. *Torris : fustis aridus. 19. Torrix (–is) : titio. 20. *Torrent : tostant, siccant, cremant. 21. *Torpet : stupet, languet. [22] *Torpescit : frigescit, stupescit, languescit. 23. *Torpidus : stupidus. 24. *Torrida : exusta, velox (?) et sicca. 25. *Torus : lectus, recubitus (accu–). (Abstr. 12) 26. *Toreuma : tornatura. [27.] *Toreumata : vasa tornatilia vel c<a>elata : genus (–neris) neutri. 28. *Tori : lacerti brachiorum. (Abstr. 14) 29. *Thorax : lorica. (Abstr. 7) 30.

TRI. 13. medio *A*.|| 14. Gl. Verg. 467, 34. *Post* 19 *add.* C^3 Trieteri<c>a : festivitas Liberi (Aen. 4, 302) ; Tribulas : cum qua lingua (ligna) tra<h>untur.|| 20. non est.

TO. 1. Quod alternis attollitur vel quod tollit <h>austum (–am) aquam *Abol.*|| 3. charta *om. AS.*|| 4. Ex Festo 490, 9 ? Cf. ad Corp. 225.|| 6. Ex Festo 488,1 (thomices Graeco nomine appellantur ex cannabi impolita et sparto leviter tortae restes, ex quibus funes fiunt).|| 7. eidem numeri vel *A* : *om. CV.*|| 11. *Hinc usque ad finem literae T desunt glossae in C propter unius folii avulsionem.*|| 12. *Cf.* TA 9.|| 17. vix cf. ps. –Plac. Corineos : acervos quos rustici ex congerie lapidum faciunt.|| 18. cf. ad AA 326. To. fusus *S.*|| 19. Torris *Ansil.* 131.|| 20. Torret tostat, siccat, cremat *A*. cr. *om. CV.*|| 24. velox *om. AS.*|| 27. Cf. Abstr. 16 To. vasa quae in torno facta sunt.|| 28. vel lectus *add. A*.

*Torale (thoraces) : <loricae> pectorale<s>. (Abol. 2) 31. *Thoracem : brevem loricam pectus muniens tantum. 32. *Thoragium (chor–) : ornatus mimicus. (Philox. ?) 33. *T[h]roc<h>us : rota ludentium. (Abol. TRO 6) 34. *Trop<a>ea : signum victoriae ; hoc est spolia mortuorum. (Abstr. TRO 1 + ?) 35. *Thronus : sedes regia. 36. *Troas : Troiani. (Verg.) 37. Tropic[a]e : moraliter. 38. *Troc<h>iscos : quasi in modum nucis formatos in rotunditate. 39. *Trossoli (–suli) : equites Romani cum equis publicis. (?' Abol. ') 40. Trorsus (trusus): impulsus. (Abstr. TRU 2) 41. Trosseus (?) : equester. 42. Tronat (tra–) : transvolat (Abol. TRO 5).

Add. ex SA :

43. Torrens : fluvius ex pluvia collectus. (Abstr. 13) 44 Torredum (–rid–) : tortum (tost–), siccum vel exustu[oru]m. (Abol. 9 vel ustum) 45. Torpor : stupor corporis vel animi. (Abstr. 9) 46. Torma (tur–) : ordo. (Abstr. TU 10) 47. Thoma<s> : abys<s>us vel geminus ; unde et Didymus Gr<a>eci (–ce) dicitur. (Euch. 144, 2) 48. Torrere : clamare (crem–), siccare. (Abstr. 10) 49. Tropo[lo]logia : moralis intellegentia (Euch 161, 10) 50. Tropus : mensura dictionis, et sonus. (Abstr. TRO 4) 51. T[h]orvus : intento vehementique vultu. 52. Toga praetexta : quae in senatu induitur. 53. Tholum : signum rotundum quod super culmen domus ponitur. 54. Tonuit : sonuit.

TU

1. *Tumulus : sepulcrum dicitur propter terrae congeriem ; quasi tumens tellus. (' Abstr. ' ?) 2. *Tunditur : verberatur. (Verg. ?) 3. *Turificatus : purgatus. (Abstr. 13) 4. *Turbine : tempestate et rota ventorum. 5. *Turbulentus : obscurus. (Abol. 15) 6. *Tuitur : videt, intuitur. Tuetur : custodit. (=20) (' Abol. '?) 7. *Turget : tumet, inflatur. 8. Turturilla : loci in quibus corruptelae fiebant ; dicti quod ibi turturi opera daretur ; id est penis, id est membrum virile. (Abol. 26) 9. *Turbidus : iratus, perturbatus, commotus. (Abol. 8) 10. *Tumidus : superbus, iratus. 11. *Turbo : vertigo et impetus venti. (? Abstr. 12) 12. *Turma : certus numerus hominum. (Abstr. 9) 13. Tus : libanum. (Abol. 14a) 14. *Turibulum : thymia[ma]terium. (Philox. ?) 15. *Tugurium : hospitium modicum ; a tela (? tegula). 16. *Tum : tunc, demum, postea. (Syn. ?) 17. *Tuitus : miser<i>tus. 18. *Tuta : secura, munita. (Abol. 31) 19. *Tutela : procuratio, defensio. (Syn. ?) 20. *Tuetur : protegit, servat, custodit. 21. Tumultus : dicitur quasi timor multus. (Is. 18, 1, 7) 22. *Tuitionem : defensaculum, protectionem. 23. Tueor : protego, defendo. (' Abol. ') [24.] Tuor : video. (' Abol. '). 25. *Tublia (?) : media vel regia. 26. *Tuba : bucina. (? Abol. 25 –ae) 27. *Tugellaria (teg-) : maleficia quae super tegulas faciunt. (=TE 44) 28. Tuburcinati : p[r]opinati. (Abol. 18) 29.

---

32. AA 252. Ex Festo 45, 19 ?|| 33. rotae genus ad lusum *Abol.*|| 34. spolia pugnatorum vel sig. vic. *A*.|| 35. Th. sedes, sella regalis sive[t] caelum *A*.|| 38. cf. Is. 4, 9, 10. An cf. schol. Pers. 1, 82 (Trossulus) ?|| 39. Ex Festo ? *cf*. Paul. Fest. 505, 12 (trossuli equites dicti).|| 53. *cf*. 5.

TU. 1. Ex eodem fonte Is 14, 8, 21 (tumulus est mons brevis, quasi tumens tellus).|| 6. In *S* duae glossae. videt *om. SA*. tue. cust. *om V* : tue. *om. A*. Ex Festo 486, 3. Cf. ad AA 542. Cf. 23-24.|| 7. inflat *A*.|| 9. comm. *A* : *om. V*.|| 14. cf. ad AA 609.|| 15. cf. Abstr. 1 Tu. : cellula parva, a tegendo, quasi tegurium ; cf. Abav. 3 Tu. : hosp. mod. pauperum.|| 16. sive de praesenti *add. A*. Cf. 32.|| 19. cf. ad AA 595. Tutilla *A*.|| 20. cf. 6.|| 23-24. cf. ad 6.|| 25. Tullia *Aff*. An Aulai medio : reg. (Aen. 3, 354) ? cf. AU 1.|| 29. cf. ad AA 519.

Tullicatim (?) : carptim. (' Abol. ' ? ' Abstr. ' ?) 30. Tutius : securius. (Abol. 23) 31. Tunica (ton-) : vestis quae motu incedentis sonitum facit. (Is. 19, 22,6) 32. Tunc demum : tunc idem, tunc postea. 33. Tune : numquid tu, id est tu vero. (Abstr. 7) 34. Tulei (tullii) : rivuli. (' Abol. ' ' Philox. ' ?) 35. Tu<r>bo : m<a>estitia, contritio. (Abol. 21) 36. Tuore : visu. (Abol. 19) 37. Turmarcha (?) : qui praeest exercitui. 38. Turritum : muratum, aedificatum. 39. [Tutulum : pallium cum quo sacerdotes caput tutabant cum ad sacrificium accessissent.] (Fulg. Serm. 14) 40. *Trutina : statera. (Abstr. TRU 4) 41. *Trutinat : perpensat, perpendit. (Abstr. TRU 3) 42. Trunconem : devoratorem. (Abstr. TRU 9) 43. *Trux : crudelis. 44. *Truculentus : ferus, inmitis (? Abstr. TRU 8 ferox) 45. *Truces : gentiles (?) asperi. 46. *Trucidat : interficit. 47. *Truncus : sine capite. (Abstr. TRU 5) 48. *Trudit : inpingit, recludit. (Syn. ?) 49. Truditur in custodia<m> : impellitur. 50. Tru<d>es : clusiones. 51. <S>truere : reparare (praep–). 52. Truelum : diabete<m> ; id est circinum. (Philox.)

Add. ex SA :

53. Tubicines : qui tuba canunt. 54. Tuire (tueri) : tutare, defendere, 55. Tumida : irata. 56. Tubera : genus cibi, quasi fungi, quae sub terra inveniuntur.

U

1. *Ubertas : nativitas, abundantia, fertilitas, fecunditas. (Syn. ?) 2. *Uberrima : fructuosa. (Aen. 3, 106 ?) 3. *Uberes : pingues, fructuosi. 4. *Uberius : abundantius. (Abol. VA 24) 5. Ubera : mamilla. 6. *Ullus : aliquis. 7. *Ulli : alicui. (Abol. UL 16) 8. Ultor : a quo fit ultrix, interpretatur vindex. [9.] *Ulciscor : vindico. [10.] Ultio : vindicta. (Abstr. UL 14) 11. *Ultra : supra. 12. *Ultrices : vindices. (Abol. UL 4) 13. *Ultro : sponte, propria voluntate. 14. *Ulcus : quod intus nascitur vulnus, pestis, lues. (Abol. 14) 15. *Ulna : cubitus et extensio manus vel gremium. 16. Ulna : brachium [vel] inferius, sive spatium quantum ultra tenditur manus. 17. *Ulterior : posterior, inferior. 18. *Uligo : humor terrae perpetuus. 19. *Ultosus (vultuosus) : tristis. (Abstr. VU 5) 20. *<M>ultatus : damnatus. (Abstr. MU 7 condemn–) 21. *Ulia (ulva) : genus herbae palustris. (Abol. UL 12) 22. Ula : litora. (?) 23. Ulva : palus. (Abol. UL 5) 24. Uligenosum (–gin–) : pinguem, (Abol. UL 11 –gue) 25. Ulluit (vallavit) : circumstetit. (Abstr. VA 13 circumdedit. 26. Uconomo (oec-) : vilico 27. *Umbo : extrema pars scuti, vel locus altus. 28. Umbone[s] : humero[s] vel scuta. 29. *Umbris : tenebris. (Verg. ?) 30. *Umbrosum : contectum. 31. *Umquam : aliquando. (Abstr. UM 4) 32. Umor : chimos. (Philox.) 33. Ume<c>-tum : <humidum>. (Abol. UL 17) 33*a*. Ultra : <adhuc> amplius. (Abstr. UL 10) 34. Umentum (–em) umbra<m> : nocte<m> umida<m> (Aen. 3, 589) 35. Udum : madidum, <in>fusum. 36. *Un-

---

32. *cf.* 16.|| 34. Ex Festo 482,3 (tullios alii dixerunt esse silanos, alii rivos, etc.). Cf. ad AA 517.|| 42. –one –ore *Abstr.* (Adde in vol. III p. 85). Lurco– *Goetz.*|| 45. An Tr. Gent. : asp. ? An Thraces : ge. asp.? Cf. ad AA 479.|| 48. cf. ad AA 486.|| 49. cf. ad AA 488.|| 50. cf. ad AA 478.|| 51. cf. ad AA 485.

U. In *CV* deest haec U-series, necnon VO-VU-series, sed addidit C^3. In archetypo stetit U-series in fine U-capituli|| 3. fructuosos *S*.|| 7. alicui *AS* : aliquis *C*.|| 8. Ultrix vindex *A* : Ultor, ultrix vindex *S*. Cf. 12.|| 9. vindicor *A*.|| 14. vul. pest. lu. *A* : *om. C*. Ul. vul. *Abol.* quae male curtata forma in glossaria invasit et inde in scripta mediaevalia (cf. Class. Quart 17, 199). Cf. 75.|| 19. *cf.* VO 27. Vultibus tristis *Abol.*|| 21. paludis *S*.|| 22. Cf. ad AA 647.|| 28. cf. ad AA 712.|| 32. *i. e.* χυμός|| 35. inf *AA* 646.

co : curvo. (Abstr. UN 8) 37. *Uncat : curvat ; inde uncinum. (Abstr. UN 11). 38. *Undantia. : ebullientia. (Aen. 6, 218) 39. *Uncire (vincire) : alligare. (Abol. VI 2). 40. *Unice : prime, optime. 41. Uniones : margaritae. (Isid. 16, 10, 1) 42. Unorum : multorum. (?) 43. *Undique : ex omni parte. 44. *Unguine : unctione, adipe. (Abstr. UN 6) 45 *Unguis : cuius diminutivum est ungula. 46. *Unigenae : geminae. (?) 47. *Unicuba : vidua quae uni cubat. 48. Urbanus : nobilis ; dictus quod frequentius urbem inhabitat. 49. *Uros : bos silvaticus. 50. Urexis (or-) : vomitum. 51. Urit : incendit. (Abstr. US 1 Ussit) 52. *Ur : incendium. (nom. Bibl.) 53. Urna : unde dicuntur (duc-) sortes ; quasi quarta<rium>. (Abstr. UR 2) 54. Vas electionis : quia vas legis et scripturar[i]um sanctarum armarium. (Act. 9, 15) 55. *Usus : consuetudo. 56. *Usto : incenso, ustulato, vel praeterito (?). 57. Usquequaque : penitus, funditus. 58. *Usquam : alicubi. (Abstr. US 8) 59. *Uspiam : ullo loco. (Abol. US 1) 60. *Usura : foenus. 61. Uxorius : uxori deditus. (' Abol. ') 62. Uxor<i>us : uxori[s] dedecus (–ditus). (=61) 63. Utique : certe, scilicet, manifeste, ideo, porro etiam. (Syn.) 64. Uterque : duo. 65, *Utrique : ambo [66.] *Utrisque : ambobus. 67. *Utrius<que> : et huius et illius. (Abstr. UT 8) 68. *Uter : unus ex altero vel quis. (? + Abol. UT 6) 69. *Utrum : si, sive vel an. (? + Abol. UT 4) 70. *Utrumque : et hoc et illud. (Abstr. UT 7) 71. *Utensilia : usibus necessaria. (Abstr. UT 1) 72. *Utrubi : ubicumque. 73. *Utrubique : utraque parte.

Add. ex SA :

74. Ulcerosus : scabrosus. 75. Ulcera : vulnera. (=14 ?) 76. Ululae : aves nocturnae. (Abol. UL 10) 77. Ululatus : luctus vel planctus. 78. Urbs : dicitur civita<ti>s aedificium ; civitas autem populus est, non paries. (Abstr. UR 1 ?) 79. Urvum : quod bovulcus (bubul–) tenet in aratro. 80. Ulla : aliqua. (Abol. UL 7) 81. Ulciscimur : vindicamur (–mus). (' Abol. ') 82. Ultis : vindicatis. (Abstr. UL 14-tio vindicta ?) 83. Ultimus : novissimus (Abstr. UL 7) 84. Unc[h]us : anc[h]ora. (Abstr. UN 9) 85. Ultorem : defensorem. (Aen. 2, 96 ?) 86. Ultro citro : intus vel foras (–is). (Abstr. UL 5) 87. Usitatum : consuetudinarium. 88. Ustrima (–ina) : locus ubi conburuntur corpora. (Abstr. US 4) 89. Usquequaque : per omnia 90. Usurpat : inlicite utitur, praesumit. (Abstr. US 5) 91. Uti : frui (=95) 92. Utpote : ut aestimo. 93. Utique : manifeste, ideo. (=63) 94. Ut reor : ut arbitror. (Abstr. UT 5) 95. Uti re : frui re.

VA

1. *Vates : divini, sacerdotes, prophetae, poetae. (Abol. 7 + Abstr. 25) 2. *Vabulum (valvulus ?) : fabae corium. 3. *Vada : terrae et maris. (' Abstr. ' ?) 4. Vacillat : titubat, dubitat. (? Abstr. 3) 5. *Vades : fideiussores. (Abstr. 4 –em) 6. *Vagitus : ploratus. 7. Vacat : in ipso permanet. (Philox) 8. [Vadatus : obstrictus vel sub fideiussionis (–ne ?) ambulans.] (Fulg.

---

39. cf. VI 66.|| 42. cf. ad AA 726.|| 46. *an* Uigenae (*pro* Bignae) gem. (' Abol.') ? Ex Festo. cf. Paul. Fest. 30, 22 (bignae geminae dicuntur quia bis una die natae sunt).|| 47. cf. Abstr. UN 4 Unicuba[m] : unius viri uxor. cupit *A*.|| 51. accendit *S*.|| 52. Gen. 15, 7 etc. Cf. gloss. Biblic. (Vat. Pal. lat. 135) Ur : ignis (ad Genesim).|| 53. *om. A*. qu. qu. *S* : *om. C*.|| 56. cf. Ab Abs. Usta : praeterita. *An* vel (Hausto :) pr. ?|| 61. Gloss. Verg. 470, 51.|| 63. cf. 93.|| 81. Gloss. Verg. 470, 10.|| 86. vel, i. e. et.|| 95. cf. 91.

VA. 2 Ex Fest. 514, 4 (valvoli fabae folliculi, etc.). Vix Fabulus (i. e. faba parva).|| 3. cf Is. 13, 18, 6 vada... in mari vel in fluminibus etc. (ex schol. Aen, 1, 111 ?).|| 7. cf. ad AA4.

Serm. 59) 9. Vatrum (?batus) : mensura centum cho[r]os. (' Abstr. ') 10. Vasit : perrexit (Abol. 19) 11. Vado : praeteritum vasi. (= 10 ?) 12. Vas : promissor. 13. Variegata : variata. (Abstr. 20) 14. Vappa : nugator, nihil (-ili ?). 15. Vagus : exerrans. (Abstr. 10) 16. *Valens : potens, vigens. 17. *Vallas (-us) : palus acutus. (?Abol. 10? 18. *Valvas : ianuas, fenestras. 19. Valvitor : [h]ostiarius. 20. *Vasta : magna, grandia. 21. *Vastitas : magnitudo, amplitudo. 22. *Vastat : praedat. (Abol. 9) 23. Vascaudas (bas-) : conc<h>as <a>ereas. (Abol. BA 5).

Add. ex SA :
24. Vabrum (vaf-) : varium. (Abstr. 2) 25. Vadimonium : fideiussor (?) vel sponsio. (? Abstr. 7) 26. Vademonia (-dim-) : iudicia et fideiussiones. (Abstr. 8) 27. Vadere : ambulare. 28. Vada tura (dura) : saxa dura (Aen. 3, 706) 29. Vafer : callidus, asper. 30. Vafre : in<a>equaliter (nequiter ?). 31. Vadatur : litigat. 32. Vagetatur. (? vagitat) : violenter plangit. 33. Vallum : fossatum circa murum. (Abstr. 12 + ?) 34. Vallata : circumdata. 35. Valetutinarius (-tud-) : qui frequenter <a>egrotat. (Abstr. 16) 36. Validus : firmus. 37. Vaticinium : prophetatio, pr<a>esagium. 38. Vaticinator : divinator, praedicator. (Abol. 7ª ?). 39. Vadit : concudit (?). 40. Vadite : ambulate. 41. Vaius (varus) : qui genibus iunctis ambulat. (Abstr. 14) 42. Validant : sani sunt. (Abstr. 15) 43. Vacurrit : per utio (otium) vagatur (? vacat). (Abol. 6) 44. Varicae : vitia quaedam pedum <quae> stando nascuntur. 45. Vat<i>us : tortis pedibus. (Philox. ?) 46. Ubertim : abundanter. (Abol. 26 -nde) 47. Uberes : pinguis (-es), fructuosi. (= U3).

VE

1. *Vehemens : nimis validus, fortis, impet<u>osus, ferox, eminens, magnus. (Syn. ?) 2. *Vehementer : duriter, velociter, graviter. (Syn. ?) 3. *Vehit : portat. (Abol. 22) [4.] *Vectitat : frequenter portat. [5.] *Vectus : portatus. (Abstr. 5) 6. Vector : qui aliquid portat vel ab aliquo portatur. (' Abstr. '?) 7. *Vecordia : stultitia. (Abstr. 1) 8. *Velant : tegunt. 9. *Velificat : navigat. (Abstr. 13) 10. *Vellunt : eradicant. (Abstr. 11 -ere -are) 11. *Veluti : quasi. 12. *Vellum (-us) : populum (-us). (Euch. Fo. 41, 22) 13. *Vellera : vestes ovium lanosae. 14. Velox : celer, agilis. 15. *Vexillum : signum militare. (=VI 82).

Add. ex SA :
16. Vecors : minus habens cordis ; ve enim dicebant antiqui minus, quomodo vesanus minus sanus ; alii vecordem et vesanum mali cordis vel male sanum dicunt. (' Abol. '). 17. Vectes : ser<a>e. (Abstr. 9) 18. Vectigal : tributum de capite. 19. Vecticalia (-tig-) : a vehendo (-dis) mercibus dicta omniumque negotiatorum solutione[s]. (' Abstr. ' ?) 20. Vellere : collegere. 22. Velleribus : lanis. (? Aen. 4, 459, etc.) 23. Ve<h>iculum : iumentum, currum, navem vel omne quod ad portandum utile est. 24. Vegetus : incolumis, hilaris, sanus. (Syn ?)

---

9. cf. ad AA 99.|| 25. Vadimonium facit fideiussorem dat *Abstr.* ; *cf.* Abstr. 5 Vadimonium : sponsionem officii.|| 26. cf ad 8.|| 39. incedit *Warren.*|| 45. Ex Festo, qui multus est in nominibus propriis tractandis ? cf. Abol. 14.|| 47. fruct. *A* : *om. CV.*

VE. 6. cf. ad AA 109.|| 9. -ant -ant *CV.*|| 15. *cf.* VI 82.|| 15. cf. Fest. 512, 1 (vegrande significare alii aiunt male grande, ut vecors, vesanus, mali cordis maleque sanus).|| 19. Ex eodem fonte (schol. Verg. ?) Is. 16, 18, 8 vestigalia sunt tributa a vehendo dicta. solutiones *A* : solutionis *S.*|| 21. non est.|| 24. cf. ad AA 124.

VEN

1. Vena : dicta est eo quod per eam vinum sive venenum discurrat. (' Abstr. ' ?) 2. Vena : fleva (phlebs) dicta eo quod per eam sanguis fluit ; unde et flevotomum (phlebo–) dictum quod ad tactum eius sanguis subito fluat. · 3. *Venustas : pulcritudo. (Abstr. 23) *4. Venustavit : ornavit. (Abstr. 20) 5. Venor : circumvenio<r>. (' Abol. ' ?) 6. *Veneo : vendor. (Abstr. 15) 7. *Venet (–it) : vendet (–itur). (Abstr. 14) 8. *Veneunt : venduntur. 9. *Venum : venditio. (Abstr. 16) 10. Ventilat : discutit. 11. *Venustri (?) : Campani. 12. *Venditantibus : venale offerentibus. (Abstr. 19) 13. Ven (lien) : splen[a]. (Philox.) 14. [Venustare : exhilarare.] (Fulg. Serm. 43) 15. *Veneratur : honorat. 16. *Venenatus : qui venenum accepit. 17. *Veneficia : maleficia. 18. *Veneficus : venenarius, maleficus, herbarius. (Syn. ?) 19. Vermiculum : rubeum : Graece coccum. (Exod. 35, 25) 20. Vegetatus : confortatus, animatus. (Abol. 48)

Add. ex SA :

21. Venustus : pulcer. 22. Venusta : scita, docta, egregia, grata. (Syn.) 23. Veniet (–iit) : vendidit (!). (=7) 24. Venenum : dictum quod per venas eat. (' Abstr. ').

VER

1. Vernulae : familiaritatis usitat<a>e domestici. (Abol. 8[a].) 2. *Veridicus : vera dicens. (Abol. 20) 3. Veritus : timens vel reveritus. 4 Ver<r>ant : deputent (dissipent) [diu hoc egeri[n]t]. (Abol. 10). 5. *Vernacula : ancilla domestica. 6. Vernale (–nile) : servile. (Abol. 27 –lem) 7. *Verrunt : scopant, auferunt, supertrahunt, vestiunt (vertunt). (Abol. 16). 8. Veru : gladius. 9. Veribus : virgulis ferreis. (Abol. 54) 10. *Vereor : timeo vel erubesco. (Abol. 44) 11. *Versat : cogitat, mutat. 12. Verrere : scopare. (=7 ?) 13. *Vergit : declinat, fundit. (Abstr. 31 incl.) 14. *Versutus : astutus, controversiosus, qui in omnibus versatur. (Abstr. 27) 15. *Vernat : floret. 16. *Veretrum : pertusorium vel natura. (Abol. 42 percuss–) 17. *Versatile : tornatile, volubile. (Bibl. Gen. 3, 24 –lem ?) 18. *Verberat : c<a>edit. 19. *Vertigo : aquae revolutio. 20. *Verpus : circumcisus. 21. *Verbera : flagella. 22. *Verbenae : frondes. (Abstr. 42 ?) 23. [Verbina (veruina) : ver[r]utus.] (Fulg. Serm. 33[a]) 24. *Vernum : primum ver. (? Gen. 48, 7 ve. tempus) 25. *Versibilis (versipellis) : callidus, artificiosus. (Abstr. 37) 26. *Verbo tenus : sicut dico, vel verbi gratia. (? Abstr. 44) 27. Vermis : putredo. (? Ex. 16, 24, etc.) 28. *Vepres : sentes, spinae herbarum. (Abol. 7) 29. [Velites (Is. 9, 3, 43)] 30. [Veta (beta) : frigida et contra venenum est.] 31. *Vertex : summitas capitis, et cacumen montis, vel aqua[s] conturbata. (Abstr. 34 + ?)

Add. ex SA :

32. Vernaculus : servus in domo natus. (Abstr. 38) 33. Veri simile : veritati simile. 34. Vernat : laetatur. (Abstr. 41)

VEN. 1. cf. schol Aen. 1, 688 ? *an* vin. sive *secludend.* ? Cf. 24.|| 4. Ven. decoravit *A*.|| 5. Ex Festo ? cf. ad AA 202.|| 7. cf. 23.|| 8. vendunt *S*.|| 11. Venafrani *Bücheler*.|| 20. C^2 : *om. V*. anim. *om. Abol.*|| 21. urbanus *add. Abba.*|| 24. cf. 1 ; Is. 12,4, 41 venenum autem dictum eo quod per venas vadit.

VER. 1. dom, *om. Abol.* (Adde hanc glossam in vol. III p. 178). Cf. Abol. 27.|| 7. In *S* duae glossae, Ve. : vestiunt, Ve. : sup. auf vel sc. Ve. sup. vel sc. *Abol.* : Ve. restiunt *A*. Cf. 12.|| 10. erub. *om. S. Abol.*|| 14. contr. *om. A*. qui in om. vers. *A*, *Abstr.* : *om. CV*.|| 16. vel nat. *om. AS*, *Abol.* || 18. flagellat *add. S*. (ex 21) (*non A*).|| 28. Ve. sentes, sp. *A* : Ve. sp. her. *CV* : Ve. sp. *Abol.*|| 32. Verna vernaculus. s. in d. n. *Abstr.*

35. Vernabunt : florebunt. (*Unde* ?)
36. Vertetur (–sce–) : parcetur (–sce–)
37. Versutia : controversiosa sententia.

VES

1. Vespillo : sepulchrorum violator. (Abstr. 58) 2. Vesta : dea [a]quae..... 3. Vesanus : insanus. 4. Vestigiis : <indiciis ?> pedum signis ubicumque. (4 Reg. 18,6 ?) 5. Vesticeps : pubescens. (Abstr. 49) 6. Vestis polla (pul–) : vestis nigra. (' Abol. ' ? ' Abstr. ?) 7. *Vesperago (–ugo) : stella. (Philox. 147 ?) 8. *Vescitur : comedit, manducat. (Abstr. 59)

Add. ex SA :

9. Vestibolum (–bul–) : ingressus et prima pars domi. (?' Abol. '). 10. Vescor : edo, comedo. 11. Vesania : insania.

VET

1. Vetulco (–ula) : vetusta, veterana. 2. *Veternum : antiquum, vetustum. (Abol. 17) 3. *Veterator : impostor. 4. Vexit : portavit. (Abol. 52 *bis*).

Add. ex SA:

5. Veternosus : annosus. (Abol. 39) 6. Vetulus : veter[n]anus. (=1 ?)

VI

1. *Virecta : loca quae virent in agris arboribus minutis frondentibus. 2. Virore (vig–) : fortitudine. 3. Virosus (virio– ?) : nervosus. (Philox. ?) 4. Virosa mulier : virorum appetens. (Abol. 33) 5. Virops (?) : quae iam viros opus habet. (Abol. 35 virum) 6. Viderier : id est videri. 7. *Virentia : frondentia. (? Geo. 4, 18) 8. *Virus : venenum, odor ferarum. (Abstr. 25) [9.] *Virulentus : venenosus. 10. *Viriosus : austerus. (Abstr. 31) 11. *Viriliter : fortiter. (Abstr. 29) 12. Virgo : a vigore aetatis dicta. 13. *Virago : fortis femina. (Abol. 1) 14. *Virgulta : silva minuta. (Abol. 4) 15. *Virguncula : virgo modica. 16. *Vis : virtus. (? Abstr. 34) 17. Virtus : animi est ; Vires ; corporis. 18. Uvidus (viv–) : agilis, fortis vel (Uvidus :) humidus. 19. Uviduli : humidi, fortes (!). (*Unde* ?) 20 *Vibrat : dirigit, micat, fulget, crispat. (Syn. ?) 21. *Vibrare : hastam intorquere, minitare. 22. *Viaca (?) : vehementia. 23. *Victima : hostia. 24. *Victimo : immolo. 25. *Vicissim : alternatim, mutuo. 26. *Vicissitur (?) : compensatur. 27. Vicatim : per singulas (–os) vicas (–os). (Abstr. 8) 28. *Victus : superatus. 29. Vi[e]etum : rugosum, languidum. (' Abol. ' ?) 30. *Videlicet : revera, sine dubio, et videre licet. (' Abol. ' ? ' Abstr. ' ?) 31. *Viduatus : orbatus, fraudatus. 32. Vi superum : violentia deorum. (Aen. 1,4) 33. Visor : videns. 34. Vitiligo : tinea in capite. (Philox. 126 ?) 35. Vivates (–acis) : diu viventes (–tis). (Philox. 151) 36. Vivix (vibex) : pugna (? plaga.?) (Abstr. 2) 37. Vivices (vib–) : ca<e>sae (?) plagarum. (Abstr. 3). 38. Vix : difficile. (Abol. 58) 39. *Vilicus : villae custos. 40. *Vis : violentia. (Abstr. 34) 41. *Vindex : ultor, iudex.

---

36. Cf. Ansil. 454 Vescitur : pascitur.

VES. 3 Ve. minus sanus *Abstr.* 50 ; cf. VE 16.|| 4. cf. ad AA 322.|| 6. cf. ad AA 323.|| 7. st. vespertina *A*. Cf. ad AA 307.|| 8. comedit *om. AS, Abstr.*|| 9, cf. Gl. Verg. 469, 13 Ves. ingressus vel introitus ianuae.

VET. 1. cf. 6.

VI. 1. cf. Ansil, 274 (Verg.)|| 2. cf. 49.|| 3. cf. ad AA 501. Cf. 10.|| 9. venenosum *CV*.|| 10. cf. 3.|| 12. *cf.* Is 11, 2, 21 Vi. a viridiore aetate dicta est.|| 14. Viburna *AS*. cf. 72.|| 15. Vi. virgo diminutive *Abol.* 5.|| 16. Vis violentia a virtute *Abstr* (cf. 40).|| 18. cf. 81.|| 19. fo. cf. 18|| 22. cf. 40 ?|| 29. Ex Fest. 577, 8 ? cf. 75.|| 30. cf. ad AA 408.|| 31. revera *A* : *om. CV*.|| 35. cf. ad AA 552.|| 40. Vis *A* : Vi *CV*. Cf. 16.|| 41. cf. ad AA 449.

42. *Vinxit : ligavit. (Abol.6) 43. *Vincla : vincula. (Abol. 49) 44. *Vinnolus (–ulus) : mollis, blandus, (‘ Abol. ’ ?) 45. *Viget : floret, agit, vivit, valet, potest. (Syn. ?) 46. *Vigens : vivax, valens. 47. *Vigentes : viribus pleni. (Abstr. 11 virtute pl.) 48. *Vigebat : viribus agebat. (Abstr. 10 vir. valebat) 49. Vigor : fortitudo, virtus, vel robor (–ur). (Abol. 46) 50. *Vigil : vigilans. (Philox. 41 ?) 51. Viola : genus floris purpurei. 52. *Violabile : contaminabile. (Aen. 2, 154) 53. *Violavit : corrupit, contaminavit. (Aen. 11, 848) 54. *Vis animi : sapientia ; Vis corporis : fortitudo. 55. *Visibus : obtutibus. 56. *Visere : visitare. (Abol. 41) 57. *Visendo : visitando, videndo. 58. *Vitulans : lascivus, gaudens et cum exultatione laetans. (? ‘ Abol. ’), 59. *Vitigelat (–leg–) : vituperat. (‘ Abol. ’ ?) 60. *Vituperat : accusat. 61. Victrix : virgo (victor) femina. 62. Viptatim (?viriatum) : magn<a>e virtutis. (‘ Abol. ’ ? ‘ Abstr. ’ ?) 63. *Vitricus : patruus vel secundus maritus, 64. Vigavisse (vit–) : subterfugisse. (Abol. 10) 65. Vilitant : vilem faciunt. (‘ Abol ’ ?) 66. Vinxere : ligavere. 67. Violacium : venetum (?). 68. Viam[o] : rationem. (‘ Abol. ’). 69. Viantes : ambulantes. (‘ Abol. ’ ? ‘ Abstr. ’ ?) 70. Vicaria : ad vicem. (Philox. ?) 71. Vibramine : coruscatione. (*Unde* ?) 72. Viburnus (–a) : genera sunt virgultorum humilium. (Abstr. 6) 73. Vidubium (bividuam) : quae duos maritos reliquit. (Abol. BI 16 ?) 74. Vigor : potentia, <Frigor :> timor, <Rigor :>. severitas. (!) 75. Vietus : incurvus, marcens, senilis, vel rugis exaratus. (Abol. 44 et 36) 76.–77. [Vipera (cf.. Isid. 12, 4, 10-11)]

Add. ex SA :

78. Vicissitudo : data et reddita. 79. Viscera : proxima<e> partes membrorum quibus vita continetur. 80. Viscera : loca membrorum vitalia. 81. Vivitus (–vidus) : fortis, strenuus. (Abol. 24) 82. Vixillum : laba[c]rum vel signum militare. 83. Vineas : machinamentorum genera quae fiunt in modum turrium ad expugnandos muros. (Abstr. 18) 84. Viritim : singillatim ; Paulatim : semigratati<m> (–grad–). (?) 85. Vita : mores, natura. 86. Vitat : declinat.

VO-VU

1. *Vociferatur : clamat. 2. *Vocul<a>e : voces. 3. *Vorat : sorbet. (Aen. 1, 117 ?) 4. Vocissare : vociferare. (Abol. VO 16). 5. Vocat : clamat, resonat. 6. *Vosmet : vos ipsos. (Abstr. VO 10) 7 Votices (vort–?) : interitus. (?) (Philox. ?) 8. *Voti compos : memor explendi voti. 9. Voet<h>ema<ta> : adiutoria. (Abstr. VO 1) 10. *Volumine : longo tract[at]u. (Aen. 2, 208) 11. *Volubile : res [s]cita seu percitata. (? Aen. 7, 382) 12. *Volutabra : loca in quibus se porci volutant. (‘ Abstr. ’). 13. *Volucres : veloces. (Verg. ?) 14. *Volubilitas : mentis varietas. 15. Volentia : delectabilia. (‘ Abol. ’ ? ‘ Abstr. ’ ?) 16. *Vulsum : vi abstractum. 17. *Vulgo : palam, passim. 18. *Vulgus : minutus aut

---

44. Ex Festo 519,6 ?|| 45. Vi. vivit, valet (*cett. om*) *SA* Cf. ad AA 417.|| 49. vel rob. *A* : *om. CV*.|| 57. cf. Abstr. 37 Visendi : videndi.|| 58. Cf. Paul Fest, 507, 12 vit. laetans gaudio ut partu.|| 59. cf. ad AA 543.|| 62. cf. ad AA 466.|| 65. cf. ad AA 433.|| 66. cf. ad AA 450. Cf. U 39.|| 68. Gl. Verg. 469, 25.|| 69. cf. ad AA 367.|| 70. ad vicem *C* ; ad invicem *V*.|| 74. cf. ad AA 421.|| 75. cf. 29.|| 79-80. cf Abstr. 35 Viscera Vitalia : id est circumfusa cordis loca quibus anima continetur.|| 82. cf. VE 15.|| 84. Vir. singillatim *Abstr.* 23.

VO-VU. In *CV* deest haec series ; addidit C^3.|| 4. *an* Voces ferre vocif. ?|| 8. *om. A*. expl. voti *S* : *om. C*.|| 11. *om. S*. Volubilis *A*. percitata *A* : recitata *C*. res cita seu *om. A*.|| 12. Ex schol. Geo. 3, 411 ? Cf. Ansil, 103 (Abol. vel Abstr.).|| 15. cf ad AA 577.|| 18. v. p. a. plebs *S*; Cf. Abstr. VU 4. Vul. populus diversus vel vilis.

vilis populus aut plebeius. 19. *Vulgata : in notitiam data. 20. *Vultus : contemplatio, ostensio. 21. Vulgatur : diffunditur. (Abol. VU 2) 22. Vulgatus : diffamatus. (' Abol. ' ? ' Abstr. ' ?)

Add. ex SA :

23. Volumen : liber ; a volvendo dictus. 24. Voluntas : mens. (Philox.) 25. Voluptas : oblectatio vel concupiscentia. 26, Vorago : obsorsio et fossa profunda, terrae hiatus. (Abol. VO 17 + ?) 27. Vultuosus : qui s<a>epe vultu<m> mutat 28. Vovit : promisit. (Abstr. VO 14) 29. Vola : manus cava in medio ; unde et involare dicimus. (Abol. VO 6) 30. Vola : manus dicitur. (=29) 31. Volvit pectore : cogitat. (Aen. 7, 254, etc.)

X

1. *Xenodochium : hospicium (-pit-), locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur. (Abol. 1) 2. Xenizo : hospitor. (Abol. 2). 3. Xila (xyla) : Graece, Latin[a]e ligna. (Abol. 3) 4. Xenia : munera, dona ; per X scribendum, non per E et X. (Abstr. 4)

Y

1. <H>ybleas apes : a loco nominantur ubi mel plurimum est. (Abol. 1) 2. *H>yades : stellae. (Abol. 2) 3. *<H>ymnum : laudem, carmen vel canticum in Deum. (? Abstr. 3) 4. *<H>yperbolice : elate. (Abol. 3) 5. <H>ydria : situla. 6. *<H>ydrus : <serpens> aquaticus. (Abol. 5) 7. <H>ydropicus : aqua plenus. (Abol. 6) 8. <H>yperiphanos : Gr<a>ec[a]e, Latine superbus, super apparens. (Abol. 8) 9. <H>ypot<h>eca : universa substantia vel cellarium. (Abstr. 4) 10. Ylidri (chel-) : serpentes aquarii (-atici). (Abol. H1 15) 11. *Ypinx (sphinx) : animal quasi ad similitudinem pardorum ; quas alii lamna (lamias) dicunt. (Abol. 8) 12. Yphi sive œphi : mensura est trium modiorum. (=SA 66) 13. <H>ypocrita : simulator qui aliud loquitur et aliud cogitat. (Abol. 9) 14. <H>ypotheca : sole, <a>estate. (?) 15. <H>ypopanti (hypapante) : susceptio, manifestatio vel o<b>viatio. (Abol. 10) 16. Yconomicon (oecumenicon) : universalis. 17. Yconomos (oec-) : vicedominus vel dispensator. (Abol. 11) 18. <H>ypodiacones : Graece, Latine subdiacones..... superponendas altaribus. (Is. 7, 12, 23) 19. <H>ypodiaconos : subdiaconos, idem Hebraice Nathinnei (Nathanaei). (Abol. 12) 20. <H>yperaspi<s>tis : defensor. (Abol. 13) 21. [Ypaticus (hep-) (Is. 4, 7, 21)] 22. [H>ypomnisticon : Graece, commonitorium.] (Abol. 14).

Z

1. Zetas (diaetas) : id est sedes hiemales quae calidae fiunt obducta aqua (obducto igne) ; Zetas aestivales : quae frigidae fiunt obducta aqua. (Abol. 5) 2. *Zelus : aemulatio. (Abol. 2) 3. *Zima (zema) : olla. (Abol. 12) 4. Zimi (zy-) : frumen-

---

20. ost. *om. AS.*|| 22. cf. ad AA 823.|| 24. cf. Ab Abs. Vo : mens, θέλημα.|| 26. Vo obsorsio *Abol.*|| 27. *cf.* U 19.|| 31. vol. sub pec. *Verg.* Vel Vol. : pec. cog.

XYZ. *deficit A.*

X. *om. C.*|| 1. hosp. *om. S.* Nimirum ex eodem fonte sunt BE 40 (Brephotrophium), GE 44 (Gerontocomium), NO 21 (Nosocomium), PO 55 (Ptochotrophium).|| 4. Xe. munera, dona (*vel* dona praemia) *Abstr.*

Y. 1-18. *om. C.*|| 3. Ymnum laus *S* : Ymnus laus *Abstr.*|| 9. vel cell. *om. S.*|| 11. quam alii lamias d. *Abol.* lamminas *S.*|| 17. Ypodiacones Graece, Latine subdiacones i. H.· N. *Abol.*|| 21-22. *om. V* : *add.* C^2.

Z. 2 cf. 7.|| 3. villa *CV.*

tum (ferm–). (Abol. 13) 5. *Zizania : lolium. (Abol. 14) 6. *Zephyrus : ventus. (Abstr. 5) 7. Zelus : invidia, fervor, indignatio, ira. (Abol. 2) 8. Zema (zy– ?) : sucus. (Abol. 6) 9. Zonos (zomos) : ius. (Abol. 11) 10. Zodiacum : signiferum. (Abol. 10) 11. Zaberna : ubi vestes portantur vel quodlibet aliud. (Abol. 3) 12. Zoni (–ne) : semicinctium ; id est zona. (Abol. 9) 13. *Zern<a>e : impetudines (–petigin–) ex flegmate falso. (Abol. 7) 14. Zona : cingulum ; id est cinctorium. (Abol. 8) 15. Zelus : est sive cum coniugis adulterio turbatus animus contabescit sive cum servand<a>e pudicitiae coniugalis diligens custodia adhibetur. (Abol. 1).

Add. ex S :
16. Zirotha : seriès.

6. Zeph. Favonius ventus *Abstr.*

AA

EDIDIT

C. THEANDER

PRAEFATIO

Haesitavi mehercule priusquam has glossas typographo commisi. Quid enim ?

sunt apinae tricaeque et siquid vilius istis.

Sed quoniam v. d. Carolus Theander, qui de hoc glossario iam anno 1907 dissertaverat (AA Glossarum Commentarioli, Upsaliae) (*Comm.*), me denique rogante anno 1920 editioni totius glossarii sese dedidit, paene inliberale est tot annorum studio mercedem typographicam denegare. Equidem tam magnae invidiae me imparem profiteor, maluique causas circumquirere cur huic quoque libro locus in hac glossariorum serie vindicetur. Quarum una sufficiat. Italiae debetur hic liber. Si enim Anglicorum lexicorum parentem (*Corp.*), glossarium dico quod in bibliotheca est collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, anno 1921 edidi (The Corpus Glossary, Cambridge), si glossae Ansileubi (*Ansil.*), decus illud Francogallorum, primum in hac serie volumen occupaverunt, cur non quintum volumen glossis Aa detur, quae in tribus Italicis codicibus servatae sunt (*a*, *b*, *c*) et inde per alios Italiae meridianae codices (Vat. lat. 1468, Casin. 90, etc.) propagatae ? Tuque, lector, agnosce indicium concordiae eius quae nunc inter gentes est, quod vir Suecus, Germanorum doctrinae addictus, Francogallorum et Anglorum pecuniis adiutus, Italicum κειμήλιον in usum doctorum omnium qui ubique sunt tam strenue paravit.

§ 1. DE CODICIBUS

Primus Theander agnovit veram glossarii Aa formam in codice *b* (Vat. lat. 1471), saec. IX vel X scripto, servari, in codicibus autem duobus Casinensibus *a* et *c* (Vat.lat. 3320, Casin. 401) saec. X scriptis, hanc additiciis ex codice bimembris glossarii Abstrusa-Abolita, parente ipso fortasse (sed cf. U 505) codicis Casin. 439, glossis auctam esse. Quas tamen in nostra editione exhibemus, sed intra cancellos quadratos. Nam quamvis advenae sint, non aborigines, quis nescit vere de omnibus glossariis mediaevalibus dici illud πάντα ῥεῖ ? Quis praestat ipsum trium codicum *a*, *b*, *c* parentem non simili modo nesciounde esse auctum? Habe igitur tertium glossarum Abolita testem, qui melius quam codex Vat. lat. 3321 Festinam glossam, in codice Casin. 439 praetermissam, testatur (Abol. PR 92 Profanum habes ; parvi penditur)

(P. 1635) Provanum aves : parvi pendetur,

et alteram Festinam glossam (1) solus servat :

(S 969) Stractae (scrattae ?) : dispectae (de-) vel nugatoriae.

(Cf. L 63 Laciniosum ; L 409 Limbus ; P 633 Pipatio). Eiusmodi quidem glossas additicias totas exhibemus, ceterarum plerumque lemmata tantummodo, non interpretamenta quoque. Quas facillime, si placebit, recuperabis apographo codicis Vat. 3321 usus (Corp. Gloss. Lat. IV, pp. 3-198), cuius ad paginas et glossas te numeris adiectis revocamus (v. g. additiciae glossae B 1-6 sunt C. G. L. IV 24, 4-9).

Et cum placuisset auctam glossarii formam exhibere, coacti sumus ordinem glossarum qui in *a* et *c* est, non illum quidem longe ab ordine quem glossae in *b* tenent abhorrentem, obtinere. Ne tamen credas glossas sic esse dispositas a conditore glossarii, siquis erat, scito indicia non deesse ordinis omnino diversi ; v. g. (P 680) Placillat et Praecipuus, (S 903) Stigma et Solidior glossae vicinae prius fuerant. Potest igitur ordo primitus per A- fuisse et glossae postea reordinatae esse. Qui tamen eas reordinavit et in severissimam alphabeticam dispositionem redigere voluit, neque statim neque semper id quod voluit effecit. Respice ad AD -seriem (A 218-528), ubi, postquam materiem percurrit et alphabetice disposuit (A 218 Ad astra — A 298 Adytis), iterum eandem materiem retractavit (nam eandem fuisse vix negabis) et alteram alphabeticam seriem confecit (A 299 Addit — A 526 Adultos), denique duas glossas extra ordinem adiecit (A 527 Adibus, A 528 Adoriuntur). Et in quattuor capitulis A- D, ne de aliis dicam, ordinem male concinnum saepe vides : AG- (A 644 sqq.) ante AF- (A 689 sqq.) ; BO- (B 153 sqq.) post BR- (B 146 sqq.) ; C 261-286 ; 779-785 ; post DU- alteram DO-seriem (D 887 sqq.), etc.

E tribus igitur codicibus *a*, *b*, *c* proxime a vera glossarii Aa forma abest *b*, i. e. foll 16r-92v im. codicis Vat. lat. 1471. Is codex (de quo plura Goetz C. G. L. V xxx) praeter *b* aliquot glossariola habet :

(1) *Licenter : licite — Zona : cingulum*, in foll. 1r-6r, 653 glossas ;
(2) Glossarium Terentianum (C. G. L. V. 529-539), in foll. 6r-16r, i. e. glossas collectas ex Terentii (Andr. Ad. Eun.) codice deperdito de quo alibi scripsi (Class. Quart. XIX 101) :
(3) *Pelix (-ex) : rivalis — Ypotheca : universa substantia*, in foll. 125r-127r, 247 glossas ;
(4) *Ambages : dubitationes — Vocis praecunio (-con-) : laude*, in foll. 127r-130r, 302 glossas, secundum primam litteram (A-, non AB-) dispositas ;
(5) *Abgrego : segrego — Zizania : lolium* in foll. 149v-157r.

Et haec glossariola, hoc ordine posita, fontem fuisse glossarii (*Paris.*) quod

(1) Indicio DE GLOSSIS *Ansil.* testatur glossam aut ex Abolita glossario aut ex glossario Abstrusa provenisse. In vol. I igitur eam (SC 303) glossario Abolita ascripsi, quoniam plane ad Festum (448,4) quadrat. Approbatus hoc novo testimonio gaudeo.

est in codice Paris. 10588 (saec. ix in.) suspicatur Pirie (Class. Quart. XXIII 109) ; non tamen glossariolum quod in fine voluminis est :

(6) *Almus : sanctus, sive ab alendo dictus — Liberior : largior,* in foll. 157r-157v, 61 glossae,

et iterum apparet in Casinensi codice, Paris. 7530 ; saec. viii ex. (cf. C. G. L. I 95).

Horum glossariolorum alterum, scil. Terentianum, et sextum, scil. Almus, originem suam aperte declarant; nam Almus duas partes habet, (1) 21 glossas (Almus—Aevum) a littera A incipientes, ex glossariis Abolita et Abstrusa excerptas, (2) 40 glossas (Tellus—Liberior) ex adnotatione marginali codicis Ovidiani (Metamorphoseon lib. I) collectas, neque alphabetice dispositas. Tria, scil. Licenter Pelex Ambages, eandem materiem exhibere videntur quam nostrum glossarium. Neque tamen habeo cur affirmem nostrum glossarium ex eiusmodi glossariolis esse compositum, neque cur negem ea potius ex grandi glossario nescioquo, secundum primam litteram disposito, esse temere et licenter excerpta.

Eandem etiam materiem exhibet folium rescriptum Coloniense (*frag. Colon.*), de quo vide Goetz C. G. L. IV xlii, saec. viii in. (vel vii ex.) uncialibus litteris exaratum. Hunc testem nonnumquam citamus. Sed cuiusmodi est ? Foliumne unicum ex glossario servatum ? Cur non potius scidula in qua glossarum reordinator glossas aliquot C-capituli accuratius disponere inceperat (*Caupones... Caribdis, Celebre... Celus, Ciel... Cirographum* ; 59 glossas) ; sicut etiam folium illud Ambrosianum de quo disputavit Goetz (C. G. L. I 125), saeculo octavo (non septimo) exaratum ? Sed Ambrosiana scidula ad glossas Abba pertinet ; Coloniensis utrum ad glossas Aa an ad glossas Abavus vix liquet ; tam paucae in ea glossae exhibentur.

Ne tamen quaeras in apparatu nostro duorum codicum qui glossas Aa habent, Vat lat. 1468 et Casin. 90, saec. xi scriptorum, mentionem, scito eos ex *a c* pendere mihi videri, et siquid adiciunt id nullius auctoritatis esse. Veluti glossae (cf. Ansil. LU 20) *Lucar* ; *lucis aptus*, quae in communi fonte Aa. Acc. Ab Abs. glossariorum facta erat *Lucar* : *locus apud urbem Romam*, audacter addidit Vat. 1468 *ubi tributa et vectigalia ponebantur* ; ex synonymis (I 100) *In articulo* : *in hora, in momento, in re, in hoc tempore*, audacter confinxit glossam (cf. Bibl. Gen. 7,13) *In articulo diei* : *in hora, in momento*.

Amissis in *b* ipso singulis foliis interciderunt glossae Ambire — Angere, Dilatum — Experiens, Privatum — Restituam, Virgultum — fin. ; amisso in exemplari folio, Lymphis — Memoriosus. Sed in eis quoque partibus ubi *b* deficit advenae ex bimembri glossario (Abol.—Abstr.) glossae adsumptae satis facile detegi videntur (v. g. glossae D 942-845 sunt C. G. L. IV 59, 2-5).

§ 2. DE FONTIBUS ; DE GLOSSARIO ACCIPE.

Credo equidum te primo aspectu, lector, agnoscere eas glossas huius glossarii quae aliquid valent ex eisdem tribus glossariis — Abstrusa, Abolita, Philox. —

esse haustas unde Abavus quoque hausit, et te contentum fore si satis habeam ea hic iterare quae Mountford de Abavus glossarii fontibus tam lucide et succincte praefatus est (vol. II, pp. 25-27). Sed Fortuna favente contigit ut glossarii Accipe (*Acc.*) adiumento fretus paulo longius progredi possim.

Eius glossarii, quod Accipe idcirco nominatur quia fragmentum (A-P) quod solum exstat (Monac. Lat. 14388, foll. 184-222 ; saec. x Carolin. minusc. script.) sic incipit. :

Accipe : audi cognosce

(quae glossa est fortasse plenior forma glossae Abol. AC 13), originem inspexit (sed non perspexit) Goetzii discipulus Carolus Thielo (De Glossario codicis Monac, 14388 = Comm. Philol. Ienens. xi i, 1914). Quid igitur de se ipsum glossarium testatur ? Se excerptum esse ex grandis nesciocuius glossarii viginti capitulis (A-U), praetermissis scilicet tribus ultimis (X-Z), et glossas grandis glossarii in breviorem formam ita esse redactas ut ex glossis glossulae fierent. Titulus enim glossarii (in codice Monac. aliquantum obscuratus ; vide Thielonis libellum) huiusmodi erat

INCIPIUNT GLOSULAE EX VIGINTI CAPITULIS

Et grande illud glossarium secundum A- (non AB , ABC-, etc.) glossas suas disposuisse testantur capitulorum tituli :

DE A : CAPITULUM PRIMUM,
DE B : CAPITULUM SECUNDUM,
DE C : CAPITULUM TERTIUM,
etc.

Quin etiam excerptorem hac rudi dispositione contentum fuisse credo ; eum tamen qui glossas excerptas postea descripsit accuratiorem dispositionem induxisse doleo profecto, sed id tam inaccurate hic illic confecisse gaudeo. Nam in hac dispositione quae nunc est tot in A-capitulo et in I-capitulo glossae aut praeteritae erant aut locum proprium capere non potuerant ut in spatio et ante et post ipsum capitulum vacuo infercirentur. In aliis quidem capitulis paulo melius res confecta est, ita tamen ut G-capitulo et O-capitulo praemittendae essent aliquot glossae, aliis autem capitulis adiciendae. Quo tamen rudior glossarum excerptarum dispositio est, eo clarius discernere potes cuiusmodi fuerit grande illud glossarium unde erant excerptae. Tu modo respice ad Thielonis libellum, et hunc C-capituli locum (cod. Monac. fol. 192v) animadverte :-

221. Conscendit : desuper stetit (Verg. Aen. 1,180). 222. Contundit : edominavit (ibid. 1,264). 223. Condet : constituet. (1,276) 224. Convulsi : multila. (1,383). 225...226. Contingere : adtrectare (2,168 vel 239). 227. Confligunt : congrediuntur. (2,417). 228. Confixi : vulnerati. (2,429). 229-231...232. Conpellunt : deiciunt. (2,446). 233. Coniecit : inmisit. (2,545). 234...235. Conabul : incrementa. (3,105). 236. Convulsa : separata. (3,414). 237. Conclamat : clamare nominat. (3,523). 238. Con-

vectant : portant. (4,405). 239. Consternunt : tegunt. (4,444.) 240. Concepit : animo sumpsit. (4,474). 241. Conscia : testis. (4,519). 242. Conata : temptavit. (4,688). 243. Condidimus terrae : sepulturae mandavimus. (5,48). 244. Consurgunt : increscunt. (5,20). 245. Consonat : sonitum reddit. (5,149).

246...247. Conticuere : tacuerunt conticuerunt. (2,1). 248 Conversa : translata (2,131). 249. Conserimus : comiscimus. (2,398). 250. Conabula: incrementa nutrimenta. (3,105). 251. Contactu : adtrectatione. (3,227) 252. Consertam : contextam. (3,467). 253. Consertum : convictum. (3,594). 254. Consertam : innexam et obligatam. (3,594).

. . . .

337. Conscia : sui robor fida. (5,455). 338. Contenta : extensa. (5,513). 339. Conclamat : vocem mittit. (5,660). 340. Conatus est : attemptaverat. (6,32). 341. Contingat : proveniat. (6,109). 342. Convallibus : depressis locis (6,139). 343. Convellere : evellere. (6,148). 344. Constituunt : statuunt. (6,217). 345. Coniesta : conlecta coadunata. (6,224). 346. Confusae : mixtae. (6,504). 347. Confectum : fatigatum. (6,520).348. Conprehendere : colligare. (6,626). 349. Congretam : coagullatam. (6,746).

Vides glossas ex marginibus codicis Aen. I-VI collectas quae, nimirum primum sicut in Arma glossario (vol. II) dispositae, dispositionem severiorem a scriba postea acceperant, sed a scriba dormitante qui, postquam ad librum V med. pervenerat, animadvertit se aliquot in libris II-III glossas praeteriisse. Vides glossas bifariam divisas, Aen. I-V med., V med.– VI. Respice nunc ad glossarium Ansileubi (vol. I) qui glossas ex eiusdem codicis marginibus collegerat et siglo VIRGILII signaverat. Respice ad ea quae scripsit Dall (Class. Quart. XII-171 A seventh century English edition of Virgil) de glossis glossariorum Corp., Amplon. II., Aff. indidem collectis, et permitte mihi ut hunc Vergilii codicem, cuius glossae marginales in Acc., Aa, Ansil., Corp., Amplon. II, Aff. apparent, 'codicem Anglicum' appellem. Sed plura de hac re infra; hic Thielonis errorem agnosce, qui glossas C-capitulo glossarii Accipe. adiectas, videlicet 622 (non '616') –717, alienas a reliquo C-capitulo esse affirmat. Nam si eas inspicies, videbis ibi quoque nonnullas Vergilianas ex codice Anglico collectas. Non igitur alienae sunt glossae 622-717, sed in reordinatione praeteritae. Miror equidem Thielonis de praemissis et adiectis in Accipe glossario glossis sententiam laudatam a viris laudatis esse; sed tamen quoniam laudata est, eas in hac glossarii Aa editione siglo** a ceteris (siglo*notatis) discriminare statuimus. Scito tamen haec diversa sigla me iudice idem valere.

Graeca quidem verba melius servavit unicum Accipe fragmentum quam tres Aa codices, non tamen ridiculum illud :–

Ciceronis : Συνώνυμα,

pro quo *Cyceronis* : *rio rava* Acc (C 695), *Cicerones* : *nosmia* Aa (C 303). Scilicet titulus collectioni Ciceronis Synonymorum, quae dicebantur, praefixus pro

glossa per errorem habitus erat (iam in grandi, ni fallor, glossario quod mihi finxi) ; qui error veniam habebit si huiusmodi paginam ob oculos pones :–

Hermeneumata.

....

Clunem : πυγήν.
Casta : pudica ἁγνά σεμνή
Crustae : πλάκας, id est marmores.
Contionatores : ῥήτορες
Ciceronis συνώνυμα
Cunctanter : difficultanter dubitanter tardanter.
Copia : multitudo facultas abundantia.
etc.

Synonyma igitur glossariis Accipe et Aa materiem praebuerunt; quas tamen glossas facilius in Aa agnosces, v. g. (O 537) Orator ; a[u]ctor advocatus adsertor confirmator causae doctor ; nam in Accipe ex glossis glossulae factae sunt v. g. *Orator* : *a*[*u*]*ctor* (cett. om.).

Nullo igitur modo potest Accipe glossarium glossarii Aa fons fuisse. Nihilominus saepissime apparet glossas Accipe propius a communi fonte abesse, glossas Aa non modo severiore ordine alphabetico esse dispositas sed aliter quoque a viris doctis, vel potius semidoctis, retractatas. Veluti in serie Vergiliana quam ex Accipe supra protuli sunt duae glossae :

(C 241) Conscia : testis (Aen. 4,519),
(C 332) Conscia : sui robore fida (Aen. 5,455) ;

pro quibus unam exhibet Aa (C 837) *Conscia* : *testis vel sui robore fida*. Pro religione igitur habuimus glossarii saepe fidelioris (licet brevioris) testimonium numquam non in apparatu proferre ; dolemusque scribam Monacensis fragmenti non plura in P–capitulo quam PA-seriem et PRO-seriem descripsisse. Quem enim vicarium adhibere solemus (*Paris.*), codicem Parisinum lat. 10588 (c. ann. 800, ni fallor, in scriptorio Germanico exaratum), qui in foll. 75-138 glossas exhibet (cf. Goetz, C. G. L. IV xxvii), eum multo minus utilem esse testem confitemur ; minime tamen inutilem, quippe cuius antiquior dispositio :

Emax : emtor [seu disiungendus,
Emancipatus : dissociatus

lucem immittat in glossam Aa E 263 *Emax* : *emptor seu disiungendus*.

§ 3. De glossis Abolita.

Nemo hercle tam caecus esse potest quin glossas Abolita in Aa esse agnoscat. Nonne in B–capitulo hae glossae, ne de aliis dicam, apertissime rem declarant?

(B 34) Bascaudas : concas aereas (= Abol. BA 5 Bascaudas : concas aereas),
(B 35) Baucalem : gillonem ubi infusa fit (= Abol. BA 4. Baucalem : gillonem ubi infusa fit),

(B 110) Biduvium : quae post duos maritos vidua est (=Abol. BI 16 Bidubium : quae post duos maritos biduatur),
(B 143) Blasphemia : detractio (= Abol BI 10 Blasphemia : detractio),
(B 154) Boatus : vox plena seu mugitus (= Abol. BO 5 Boatus : vox plena seu mugitus boum),
(B 192) Bullae : ornamenta regalium equorum (= Abol. BU 8 Bullae : ornamenta regalium puerorum vel equorum vel camelorum).

Et cum in Abolita in serie Terentiana sit (AN 15) *Andros* : *insula est*, quis dubitet eo revocare Aa A 960 *Andros* : *insula est*? Quin etiam in loco quodam glossarii Accipe non alphabetice disposito videtur manipulus Festinarum glossarum ex A-capitulo glossarii Abolita servari (A 35-39) ; *Arillator* : *mercator*, *Amiles* : *perticae aucupum*, *Aser* : *sanguis eruor*, etc., *Ambacti* : *servi coloni lixae*, *Abillus* : *agnus* ; quae in Aa dispersae sunt (A 1208 ; 893 ; 1289 ; 842). Festinas enim in antiquioribus Abolita codicibus glossas suum sibi locum tenuisse iam monui (vol. III, p. 94).

Glossas paucas quae cum Nonio conspirant utrum Nonianas an Festinas appellare debeam haereo. Nam si revera Compendiosam Doctrinam adhibuit glossarii Aa conditor, cur tam paucae sunt ? Nonius scholiis usus est ; v. g. ex scholio ad Lucil. xxvi 55 sumpsit (186,31) *Viriatum dictum est magnarum virium*. Cur non eadem verba ex glossographo prisco sumere poterat Verrius Flaccus ? Quin etiam docui alibi (Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin, 1901) Nonium fortasse ad fontem Verrianum in parte libri sui adiisse. Itaque siglum *Abol.*, sed dubitanter, (1) eis Nonianis glossis in textu dedi, in apparatu Nonii mentionem subiunxi.

Glossas Terentianas non dubito siglo *Abol.* notare. Nam Glossarium Terentianum (C. G. L v 529-539) a conditore glossarii *Paris.* adhibitum esse fateor (cf. Pirie, Class. Quart. XXIII 109), a nostri glossarii conditore adhibitum esse nego. Neve te fugiat glossam A 173 additiciam esse, glossam L 89 esse Festinam.

§ 4. DE GLOSSIS ABSTRUSA.

Neque minus clare glossas Abstrusa in Aa vides, v. g. in B-capitulo :–

(B 30) Barbarismum : loquellae vitium (= Abstr. BA 10 Barbarismum : loquellae vitium),
(B 45 b) Baptisma : tinctio (= Abstr. BA 1 Baptismum : tinctio),
(B 48 b) Barbarica : auro ornata (= Abstr. BA 16 Barbarica : auro ornata),
(B 123 a-b) Bisulcum : utrimque sulcatum, divisum sicut ungula (=Abstr. BI 2 Bisulcum : utraque parte sulcatum, divisum ungula),
(B 124) Bisulcis porcus : ungulis fissus (= Abstr. BI 18 Bisulces porcos : fissis ungulis),

(1) Nam in glossario Abba nostri glossarii cognato series Noniana in COM– capitulo elucet, Compernes : <longis pedibus> (Non. 25, 26), <Calcitrones :> qui infestant calcibus. (Non. 44, 26), Compotes : non a pedes, etc. (Non. 28, 2).

(B 185) Bucerum pecus : bubulum (= Abstr. BU 11 Bucerum pecus : bubulum),
(B 189) Buccones : stulti vel rustici (= Abstr. BU 7 Buccones : stulti rustici),
(B 204) Burrus : rufus vel niger (= Abstr. BU 3 Burrus : rufus et niger).

Multas Biblicas glossas in Abstrusa esse constat, quas docuit Thomson (vol III praef.) saepe versionem Italam in lemmate, in interpretatione versionem Hieronymicam exhibere. Rem miram, in quam nuper vir reverendus De Bruyne lucem immisit (Bulletin du Cange III 116). Vide igitur ne siglo *Abstr.* notandae sint aliquot glossae quas siglo dubitationis (*Unde* ?) notavimus, praesertim si ea vocabula in scriptoribus ecclesiasticis apparent ; v. g A 882 Amicantur, M 5 Machinabantur. Vide etiam ne iure Mountford alteram quoque collectionem Biblicarum glossarum glossario Abavus (cum Aa Abba, Ampl. II, Aff.) vindicet.

§ 5. DE GLOSSIS PHILOXENI.

Multo minus clare glossas Philoxeni in glossario nostro agnoscis ; plerumque enim non ipsas bilingues vides, sed Latine redditas, v. g. glossam Gaza :

(G 2) Gala (*sic*) : divitiae lingua Persia = Phil. GA 6 Gala (*sic*) : χρήματα Περσίδι διαλεκτῳ

saepe inversas, v. g.

(M. 340) Metrum : mensura = Phil. ME 32 Mensura : μέτρον
(P 91) Paradoxon : admirabile[m] = Phil-AD 283 Admirabile : παράδοξον

Iam in vol. II Laistner monstravit in Philox. glossas Vergilianas ex Bucolicorum atque Georgicorum Graeca adnotatione collectas. A quibus dissociari vix possunt eae quas Theander in dissertatione sua (AA Glossarum Commentarioli) tractavit, ad Bucolica plerasque spectantes ; nam in unico Philoxeni codice (Laoduni saec.IX exarato) nonnisi epitomam, misere illam quidem corruptam et refictam, veri bilinguis glossarii esse satis constat. Tuque fortasse audacius quam nos ad bilinguem fontem revocabis triviales aliquot glossas quas sine fontis indiculo reliquimus ; v. g. ad Phil. AB 80 (Abripit : ἀφαρπάζει) A 110 *Abripit* : *eripit.*

§ 6. DE SYNONYMIS CICERONIS.

Has glossas in Accipe decurtatas esse iam monui (§ 2) ; nam Accipe glossulis favet, Aa plenas glossas non detrectat, v. g. :

(R 67) Reatum : delictum peccatum piaculum noxa crimen scelus error culpa saevitia pondus sarcina.

Et cum tam longae glossae novas, seu consilio seu casu, generare soleant, vide ne ad hunc fontem revocandae sint aliquot triviales, quas sine fontis indiculo reliquimus, v. g. D 141 *Delictum* : *peccatum.*

§ 7. DE GLOSSIS EX MARGINE CODICIS 'ANGLICI' (Aen. I-VI, etc.) COLLECTIS.

Glossarum Vergilianarum plenum esse Aa quis non statim agnoscit ? Nam glossarium Abstrusa, unde Aa multam materiem traxit, innumeras glossas habet ex codice nescioquo cuius margines scholiis Donatianis onerati sunt, sumptas ; id quod Thomson (vol. III) docuit. Et quoniam ea scholia nonnisi in Gallicis Vergilii codicibus servata sunt, liceat mihi eum 'codicem Gallicum' nominare. Necnon glossarium Abolita, alter nostri glossarii fons, collectionem (quae etiamnunc exstat ; C. G. L. IV pp. 427-470) interpretationum ex margine alterius codicis sumptarum adhibuerat ; quem liceat mihi 'codicem Hispanicum' nominare (cf. vol. III, p. 95). Porro ex codice meridianae Italiae —quem liceat mihi 'codicem Vivariensem' nominare — multa illata sunt in glossarium illud utriusque linguae quod Philoxeni glossarium appellatur (cf. vol. II, p. 134). Eae bilingues Vergilianae glossae, sive integrae sive Latine redditae, ex Philoxeni glossario in nostrum transierunt (§ 5).

Sed neque glossis Vergilianis (codicis Gallici) ex Abstrusa sumptis, neque glossis Vergilianis (codicis Hispanici) ex Abolita sumptis, neque glossis Vergilianis (codicis Vivariensis) ex Philoxeni glossario sumptis aliud siglum quam *Abstr.*, *Abol.*, *Phil.* assignamus, neque nunc de eis tribus collectionibus dico. Dico de quarta collectione glossarum Vergilianarum, quibus solis siglum *Verg.* assignamus, de marginali codicis Anglici adnotatione quam adhibuerunt non modo Aa et Accipe sed etiam Ansil. Corp. Ampl. II Aff. (sicut supra docui, § 2), necnon Abba quoque.

Ansileubus quidem eam collectionem habuit cum quinta collectione commixtam quae ex margine codicis nesciocuius (quem liceat mihi 'codicem Aquitanicum' nominare) provenerat, solitusque est sine ullo discrimine siglum VIRGILII nunc codicis Aquitanici glossis, nunc glossis codicis Anglici praeponere (cf. vol. I, p. 3). Discrimen autem quod desideras praebetur glossario PP (cf. vol. I, p. 10), in quo solae codicis Aquitanici glossae apparent (numquam codicis Anglici), sicut in nostro glossario (cum Acc., Corp., Amplon, II, Aff.) solae codicis Anglici glossae (numquam codicis Aquitanici).

Denique — sed vereor ne molestus fiam — necesse est ut sextae collectionis glossarum Vergilianarum mentionem faciam, iam tibi in vol. II oblatarum. Nam glossarium Arma ex margine codicis nesciocuius — quem liceat mihi ' codicem Belgicum ' nominare — multo maximam materiei partem hausit De hac sexta collectione recte dixit Dall (Class. Quart. XVII 200 ; An eighth-century North Frankish edition of Virgil) eam et ab Hispanici codicis adnotatione, quam adhibuit glossarium Abolita, et ab Anglici codicis adnotatione, quam adhibuit nostrum glossarium, alienam esse. Nihilominus hic illic videtur Belgici codicis adnotator interpretationem ex glossario Abolita (vel etiam ex ipsis Hispanici codicis glossis) mutuatus esse. In glossario enim Abolita erat glossa ex Hispanici codicis marginali ad Aen. 3,57 adnotatione hausta :

Auri sacra fames : auri execranda cupiditas.



Quae glossa in duobus mancis qui nunc exstant glossarii Abolita codicibus deest : infuisse tamen eam in pleno glossario indicat Gloss. Verg. (C. G. L. IV 422,34) *Sacra fames* : *execranda cupiditas*. Et ex pleno Abolita glossario (vel etiam ex glossis Hispanici codicis collectis) sumpsit eam glossarium Arma (A 133). Eiusmodi sunt Arma A 58 (= Abol. AB 5), A 79 (= Abol. AU 7), C1 (cf. Gloss. Verg. 434,20), C. 102 (= Gloss Verg. 435.43), E 18 (= Abol. EO 1), aliae non paucae ; quas omnes, sicubi in nostro glossario apparent, siglo *Abol.*, non siglo *Verg.* notamus. Neque tamen ausim liquido negare codicis Belgici adnotatorem ex Anglici codicis adnotatione opem sumere potuisse ; v. g. A 77 (= Aa A 526), A 230 (= Aa A 1180[a]), D 4 (= Aa D7), A 1 (cf. Aa D 701) : itaque eiusmodi in hac editione glossis mentionem Arma glossarii subiungimus.

Denique scito eas codicis Anglici glossas Vergilianas (sed, ni fallor, tantummodo ex Aen. v med. —vi excerptas) etiam in vicario illo (*Paris.*) — de quo dixi — glossarii Accipe apparere. Quin etiam hic illic series brevissima Vergiliana reordinatoris manus effugit, v. g. in E-capitulo :–

Exue : depone (Aen. 5,420),
Exercita : vexata (Aen. 5,779),
Exedisse : consumsisse (Aen, 5,785),
Exussit : cremavit (Aen, 5.794),
Exortes : alienatis (Aen. 6,428),
Expediam : narrabo (Aen, 6,759),
Exim : deinde, tum (Aen. 6,890).

§ 8. DE RELIQUIS GLOSSIS.

In Glossario Ansileubi (vol. I) plurimi fontium indiculi in margine sunt, in nostro glossario nulli. Et in hoc, sicut in illo, glossae non modo refictae sunt sed in severissimum ordinem alphabeticum reordinatae. Vix igitur postulabis a nobis ut unamquamque glossam ad fontem suum revocemus ; miraberis potius nos in hac re tantum confecisse vel conficere conatos esse. Disce tamen novum fontem, glossas ex codice Sulpicii Dialogorum collectas (*Sulp.*) : huc enim sine dubio redeunt :

(F 263 = Accipe F 106) Ferreos nexus : ferrea vincula, catena (ex Sulp. Dial. 1, 22,4),
(V 154) Velteltice (!) : gentis cuiusdam loquela (ex Sulp. Dial 1,27,4).

Neque dubito quin huiusmodi glossae aliunde collectae (de Iulio Valerio cf. N 393 Navo auxilio, R 316 Repatriat) in glossario Aa lateant. Te tamen moneo glossarium nostrum prae se ferre magistellorum operam, qui non solum traditas glossas in usum puerorum refinxerunt sed novas in usum puerorum confinxerunt. In codicibus Abolita glossarii veram, ni fallor, formam habes glossae Festinae (cf. tamen Aa A 43) :

(AU 16) Aventes : cupientes vel gaudentes (cf. Paul Fest. 13,17),

in Affatim glossario sane relictam, *Avel* : *cupit*, *gaudet*, in nostro insane :

(A 140) Auget : cupit vel gaudet *aut addit*.

Magistello imputa glossam :–

(A 1361) Auctius : *adiunctius* amplius (= Abol. AU 22 Auctius : amplius vel uberius), confictam ex A 1360 *Auctus* (!) : *adiunctus* (= Abstr. AS 4 Ascitus : adiunctus). Librario imputa :

(N 373) Notat : cognoscit, movetur ;

nam bonus magistellus voluerat *Notat* : *cognoscit*, *Nutat* : *movetur*, ne pueri similia verba inter se confunderent. Glossae Tiberis (T 257) addiderat bonus magistellus in usum discipulorum :

(T 256) Tiberius : nomen est unius imperatoris.

Idem, ni fallor, addiderat glossis R<h>odanus (R 581), R<h>odus (R 584) :

(R 583) Rodoricus : nomen est unius regis ;

qua de glossa alibi (Bulletin Du Cange II 82) disputavi.

Sed ohe iam satis quisquiliarum ! Restat ut te moneam nos non solere in apparatu eandem ex alio glossario (vel similem) glossam proferre nisi fructus aliquis capiendus sit. Itaque Ansil. citamus sicubi Ansil. fontis indiculum marginalem habet (VIRGILII, i. e. gloss. collect ex codice Anglico Aen. I-VI etc. ; DE GLOSSIS i. e. Abol vel Abstr.) ; etiam ubi indiculus deest, ut te doceamus glossam non esse Philoxeni (nam ex Philox. nihil hausit Ansil.), etc. Itaque Ampl. II et Aff. citamus ut te ad ea quae Dall (Class. Quart. XII 171) de Vergilianarum glossarum in his duobus serie disputavit referamus ; unde disces glossam ex eodem codice Vergilii Anglico provenisse. Itaque Abav., Ab Abs., Abba, etc., quo melius glossae forma corroboretur. Non tamen id egimus ut semper possis scire quae glossaria eandem atque Aa glossam exhibeant. Quid enim prodest scire, siquidem tot glossaria ex eodem glossarum Abol. Abstr. Philox. thesauro hauserunt, modo hanc modo illam glossam arbitrio suo elegentia et refingentia ? Quae si scire cupis, lege Goetzii Indicem (C. G. L. VI-VII). Ne tamen te fugiat affinitas quae est inter Ab Absens glossarium et nostrum (etiam Accipe), respice quaeso ad L 480 Lixa, I 22 Ianiculus mons, L 302 Levitana, H 95 Herma, etc.

Denique necesse est hic quoque te moneam quae alibi monui (II Praef., III Praef.), socios meos in hoc vasto opere plenissimam mihi licentiam concessisse amplificandi ea quae scripsissent, refingendi, decurtandi ; teque iubeam, siqua menda in his paginis detegantur, mihi quoque ipsi meam mendorum portionem imputare. Nam longe differt Aa glossarium, quale hic editur, ab ea forma quam mihi v. d. Theander edendam commendavit.

W. M. LINDSAY.

SIGLA

Ab Abs.	glossarium Ab Absens.
Abav.	glossarium Abavus (vol. II, ed. Mountford).
Abba.	glossarium Abba sive Sangallense.
Abol.	glossarium Abolita (vol. III, ed. Lindsay).
Abstr.	glossarium Abstrusa (vol. III, ed. Thomson).
Acc.	glossarium Accipe.
Aff.	glossarium Affatim.
Ampl. II	glossarium Amplonianum secundum.
Ansil.	glossarium Ansileubi sive Liber Glossarum (vol. I, ed. Lindsay, Mountford, Whatmough, etc.).
Arma	glossarium Arma (vol. II, ed. Austin, Lindsay).
Corp.	glossarium Latino-Anglicum (The Corpus Glossary, ed Lindsay).
frag. Colon.	fragmentum Coloniense rescriptum (Arch. GB. B. cxxx, saec. VII-VIII).
Gloss. Terent.	glossarium Terentianum (ed. Goetz in C. G. L. V, pp. 529-539).
Gloss. Verg.	glossarium Vergilianum (ed. Goetz in C. G. L. IV, pp. 427-470).
Paris.	glossarium Parisiensis codicis (lat. 10588).
Phil.	glossarium Philoxeni (vol. II, ed. Laistner).

AA

A

1. Aa : vox dolentis est, id est vae vae. 2. *Ab : ablativi casus est, id est absens. 3a. Abacta : expulsa exclusa. 3b. Abacti : exclusi. 4*. *Ab alto : a mare. (Verg.). 5. *Ab alvearibus : a praesepibus. (= 1112) 6. Abante nocte <m> : vespera incidente. (*Unde* ?) 7. Abantes : mortui, quos Graeci alibantes (ἀλίβαντες) appellant. (Abstr. ?) 8. *Abaenis (ahenis) : aereis. (= 562). 9. Abarcet : prohibet vitat (vet–). (Abol.) 10. Ab arce : ab urbe. (Verg. 2, 41 etc. ?) 11. Abaruncit (averruncat) : abalienat avertit. (Abol. AD 14 alienat) 12. Abamita : soror abavi. 13. Abavus : avus avi, id est pater proavi. (Abstr. AB 16 ?) 14. Abavunculus : pater aviae.

15. Abcrepitus (?) : signum quod cum pavore solemus audire. (= 132) 16. [Abacue : ...] 17. [Abactus : ...] 18. *Abditum : absconditum. (Abol. AB 9) 19. *Abde occulta absconde. 20. Abdecet : non decet. (*Unde* ?) 21. *Abdit : abscondit. (Abol. AL 34). 22. Abdita : occulta loca. 23. [Abdita : secreta loca.] 24. *Abditis : secretis locis. 25. *Abdidit : occultavit abscondit. (Abstr. AB 34 ?) 26. Abditum : absconditum, (= 18) <Avium :> remotum a via. 27. Abditum : secretum latens absconsum, id est in obscuro positum. (Syn.) 28. Abditae pecuniae : id est repositae. (= T 247 ?). 29 *Abdicare : alienare, <Abdicari :> exulem fieri [repudiare]. 30. Abdicatus : refutatus repudiatus. 31 .*Abdicatis : alienatis (Sulp. Dial. 1, 18,2 ?) 32. *Abdicat : repudiat alienat, expellit, seu filium a suo exheredat iure. (Abol. AB 11) 33. Abduxit : amovit [seu amavit]. 34. Abdixit : abnuit negavit. (Phil. AB 16) 35. Abducit : adportat (asp–). (Abstr. AB 31).

36. Abgrego : segrego. (Phil. AB 26 ?) 37.

---

1. id est vacue *b*. Cf. 16.|| 2. –tivus *c* : –tius *b*. Ab absens (*cett. om.*) *Acc.*, *Ab Abs.* Cf. Acc. Ad : praesens. Quae duae Accipe glossae redire possunt ad Abstr. AB 36 Abest : absens est ; AD 44 et 61 Adest : praesto est. Cf. infra 105. Ab ablativum est.|| 3a, cf. Acc. Abactae disclusae (ex Verg. Aen. 8, 407 ?) Cf. Abstr. AB 3 Abactus :.. expulsus ?|| 3b. *om. a, c.* Cf. 17. Verg. Aen. 11, 261 ?|| 4. cf. 821.|| 7. Abba. Cf. Hesych. Ἄβαντες : οἱ Εὐβοεῖς καὶ κολοσσοί, νεκροί. Suspicor hanc doctam glossam ex scholio Donati (Aen. 1, 124 et qua vectus Abas) in Abstr. manavisse, inde in Aa et Abba.|| 8. aereis *c* : avereis *a* : aberis *b*. aeneis *add. a, c.*|| 9. vitat *om. Ampl. II* Ex Festo (24 ,4 Abercet prohibet ; 14, 24 abarcet prohibet) manavisse haec doctrina in Abol. videtur, inde in Aa et Ampl. II.|| 11. cf. 501 ; 826.|| 12. avi *Abav.* (AB 5).|| 13. Ab. pa. pr. id est avus avi *Abav.* (AB 1).|| 16-17. *om. b, c.*|| 16, cf. 1 cf. Abol. 12 ?|| 17. cf. 3b.|| 18 cf. 773 ; 26. –itu –itu *Acc.*|| 19. absc. *om. Acc.*|| 20. Corp. A 55.|| 21 ocultant absc. *c.* || 22. secreta latentia absconsa id est in obscuro posita *add* (ex 27) *c.*|| 23. *om. b, c.*|| 24.-27. *om. c.*|| 25. Abav. AB 9. occ. absdidit *b* : abscondidit *Acc.* Cf. 21|| 29. rep. *om. b, Acc.*|| 31. –tus –tus *b.*|| 32. exhereditat *b.* seu –iure *om. Abol.* Abd. filio pellet de suo iure (*cett. om.*) *Acc.*|| 33. amovit (*om.* seu amavit) *Abba.*|| 34. abn. *om. Corp.* (A 52).|| 36. separo segr. *Abba.*

*Abeas : abscedas. (Abol. AB 23 disc–) 38. Abvectus : absportatus. (Abol.) 39. Abena (ave –) : canna calamus, seu Musa. 40. <H>abenas : tenacula iumentorum. (Abstr. HA 10) 41. *Ab ineunte aetate : ab infantia. (Abstr. AB 25) 42. Ab ineunte aevo : a primitate (prima aet. ?). 43. Abere (ave –) : gaudere vel cupere. (Abol. AV 16) 44. Abèrnus (Ave–); infernus. (Verg.) 45. *Abest : absens est. (Abstr. AB 36) 46. Abesset : absens sit. 47. *Abegit : amovit [a se expulit]. 48. *Abeunt : abscedunt. (Verg. ?) 49. *Abeuntibus : abscedentibus (Abstr. AB 48 disced–). 50. Abeant : discedant. 51. *Ab exordio : ab origine ab initio. 52. Ab extis : intestina hostiarum aspiciens. (= E 1051) 53. Abero : absens ero.

54. *Abiero : abscedero. (–= 121 ?) 55. **Abiceris : proiceris. 56. **Abicere : iactare emittere pellere. 57. *Abiciens : respuens, vel (Abiens :) recedens. 58. *Abicit : proicit : refellit refutat. (Abstr. AB 50?) 59. *Abiecit : proiecit. 60. *Abige : a te expelle vel amove. (Abol. AB 3 ?) 61. Abices (ambrices) : lateres vel summitates laterum. ('Abol.') 62. *Abit : discedit (Abstr. AB 9). 63. Abito (adi–) : adi accede adveni. 64. *Abiit : discessit recessit evasit, vel ambulavit transiit (Syn. ?) 65. Abiectio : proiectio desperatio. 66. <H>abilis : [bene optime] aptus seu bonus. 67. <H>abiliter : bene optime. 68. Ab imo : a funditus. 69. *Abitus (acci–) : evocatus. 70. Abiurat : infitiatur negat. 71. Abiuro : nego. (Abol. AB 28 –are –are) 72. Abiurgastere (abiugassere): dissolvere. (Abol.). 73. Abiuratae : fraude subreptae. 74. Abigit : repellit amovit (–vet). 75. Abiens : abscedens secedens.

76. Ablatum : subductum. 77. *Ablata : recidiva vel deducta. (= R 100) 78. Ablicet (–cit) : abdicet (–ducit ?) seu abstrahit. 79. Ab limite : orothesium (ὁροθέσιον), id est terminus (Phil.) 80. *Ablota (–lu–): diligenter lota. 81. Abluit : diligenter lavit, detersit. 82. Ablunda (apluda) : panici et milei (–lii) folliculus. (= 1111) 83. Abmatertera : soror [ab] aviae. 84. Abnepos : filius pronepotis, id est (Pronepos :) nepos nepotis. (Abstr. AB 15 ?) 85. *Abnepus (–pos) : extrane<p>us (?). 86. Abnegat : inficiatur, plus quam negat. 87. Abnegotio (–gito) : abnego saepius. 88. Abniso (–nuo) : nolo nego veto. 89. *Abnuens : negans repudians refutans. 90. Abnuit : recusat non consentit nollet, seu contemnit abnegat. (Syn. ?). 91. Abnuerat : vetaverat.

92. *Abolet : obliviscitur. 93. *Abolere : oblivisci neglegere in oblivionem mittere et memoria tollere. (Abol. AB 14; Verg.

---

38. Gloss. Verg. 427, 15 Avectos : exportatos.|| 39. Verg. Ecl. 1, 2, etc.|| 40. post 41 *c* : *om. a.*|| 42. prim. cf. Paris. Inventa : primitatem.|| 41-42. coniungend. ?|| 43 cf. 1401.|| 44. –num –num *Ampl. II* : –ni –ni *Abstr.* (AV 45). Cf. 1391.|| 46. absensit *b, c* (*etiam a ante corr.*). Cf. Ansil, AB 70 Abesse : abs. esse (Abol. vel Abstr.)|| 47. a se exp. *om. b, Acc.*|| 48. disc. *Ansil.* (AB 79). Cf. 50.|| 50. –dat *b.*|| 51. ab in. *om. Acc.*|| 52. Abav. AB 17 ; Abba. In fonte trium, Aa Abav. Abba, hic error fuerat. Recte Arma A 163.|| 53. cf. ad. 2.|| 53.-54. coniungend. ?|| 54. Abero *Acc.*|| 55. Adviceris *Acc.* –re –re *b.*|| 56. Abicere *om. b.* repellere *a, c.* Abice ia. mittere pe *Acc.*|| 57. cf. 75. vel rec. *om. Acc.*|| 58. cf. 74 ? Ab. repellit refugat negat *Acc.*|| 60. Ab. am. (*cett. om.*) *Acc.*|| 61. cf. Fest. 15, 16.|| 64. ev. *om b.* Ab. disc. (*cett. om.*) *Acc.*|| 66. ben. opt. *om. b* (cf. 67) seu bo. *om. a, c.* Cf. 142.|| 70. cf. 382.|| 72. cf. 146 ; 374. Plenius Abba. Cf. Abol. AB 16 Abiugat : dissolvit.|| 73. cf. Verg. Aen. 8, 263.|| 74. cf. 58.|| 75. cf. 57.|| 77. vel ded. *om. Acc.*|| 79. Verg. Ecl. 1, 53.|| 80. Abba. diligentius *Acc.* Cf. Verg. Aen. 9, 818.|| 80.-81. coniungend. ?|| 85. extranepos *Acc.*|| 86. Abav. AB 36. Cf. Ansil. AB 221 Abn. : pernegat (Abol. vel Abstr.)|| 90. cf. 905. negat *b.*|| 93. Ab. in obl. mitt. (*cett. om.*) *Acc.*: Ab. obl. negl. *Abol.*: Ab. de mem. toll., in obl. mitt. *Ansil.* (AB 250, 252 ; Verg. ?).

1,720 etc. ?). 94. Abolebat : delebat. 95. Abolita : vetustate praeterita. 96. *Abolita : sepulturae reposita. 97. *Aboliti : libiti (?), obliti, oblivioni traditi. 98. Abolitio : res remota et in obli <vi>one<m> perducta. 99. Abolitur (–letur) : exstinguitur. 100. *Ab oris : a finibus, vel a regionibus (Verg. I, 1 ?). 101. Ab ore (ora) : a regione. (= 100 ?). 102. Aborigines : originis obliti. (Abol. AB 12) 103. Ab<h>orrens : discrepans, remotus ab amicitia vel ab aliqua re, aut inconveniens non co <n>[ti] senti<ens>. (Syn. ?) 104. Abhorret : discrepat displicet. (Abstr. AB. 28). 105. Ab ovilibus : apo ton probatostasion (ἀπὸ των προβατοστασίων), id est a cauli [bu]s. <Ab> ablativum est. (Phil.) 106. Abpatruus : frater abavi.

107.**Abrelict[or]um : reliquum quod restat. 108. Abreptus : impetu apertus (raptus) (Verg. 1,108-as). 109. Abrepticius (adr–) : furiosus ariolus. (= 461) 110. Abripit : eripit. 111. Abrogat : derogat detrahit. 112. Abrogandas : evertendas (*Unde* ?) , 113. Abrogantia : detractio. 114. *Abruptis : per vim ruptis. 115. Abscito (adscisco) : absentio (ads–) (= 474). 116. Abscedito : procul esto, absiste. 117. Abscultat (aus–) : advertit. 118. Absce<di>to : longe recedito. 119. Absce<de> : abi, recede. 120. *Absit : non fiat. 121. Abserit (abie–) : discesserit. 122. Absiste : secede recede. (Verg.) 123. Absistit : cessat, seu discedit (Verg. 1,192 ?) 124. Ab[si]stans : distans. 125. Absistent (–tant) : recedant discedant. 126. Abstat : distat. 127. *Abstitit : cessavit (= 123 ?) 128. *Abstote (absistite) : abite, recedite. 129. *Abstracta : subducta. 130. Abstrusa : absconsa obtecta. 131. Abstrusum : remotum latens absconditum (Abol. AB 10) 132. Abstrepitum (?) : signa quae cum pavore solemus audire. 133. *Abstulit : elevavit. 134. Absonum : discordans non idem sonans. 135. *Absque foedere : absque amicitia vel sine pactione. 136. Absumere : consumere finire (= 137) 137. * Absumite : finite. (Abol. ? Abstr. ?). 138. Absurdum : turpe, vel incongruens, horridum, inconveniens.

139. Abtans (apt–) : componens. (= 1118) 140. Abulsa (avu–) : abstracta erepta [vel crepta]. (= 1470) 141. Abulsum (avu–) : praecisum. 142. Abusi : male usi. (Abstr. AB 45). 143. Abuti : non recte uti. 144. Abutitur : contemnit. (Abol. AB 2). 145. A<m> bustum : ab ambabus partibus ustum. 146. Abiuva (–iugat) : dissociat, a ioco (iugo) removet, non convenit. (Abol. ?) 147. *Abyssum : profundum. (Verg. ?).

---

95. *om. b.* : vetusta *c.*|| 96. sepultura sopita *Acc.* cf. 639 ; S 621.|| 97. lib. obliti *om. Acc.* liviti *Buecheler* (cf. Cassiod. Orthogr. 206, 3) : *an* liniti ?|| 98. *om. b.* semota *Abba.* Abolita (*om.* res) *Abav.*|| 100. vel a reg. *om. Acc.* Cf. Ansil. AB 288 Ab or. ; a fi. a reg. (Verg. ?) ; Abol. AB 5 Ab o. ; a fi. Cf. O 577.|| 103. non cont. *om. a, c.*|| 104. displ. *om. Abstr.*|| 105. Verg. Ecl. 1, 8. Cf. 2.|| 107, Abr. πχραλειπομένων id est etc. *Acc.*|| 108. Cf. 462 (–as) ; Ansil. AB 303 (Verg. ?).|| 110. –puit –puit *Abba* (*non Abav.* AB 49).|| 111. Abav. AB 52. Cf. Ansil. AB 300 Abrogamus : denegamus (Abol. vel Abstr.).|| 114. Abav. AB 53. Cf. ad Abba.|| 119. an Absiste ?|| 121. cf. 54.|| 123. Ansil AB 356-7 Abs. : ce. vel di., cessavit (Verg. ?). Cf. 127.|| 124. Abstans *Abba.*|| 125. Abav. AB 61.|| 127. Vel cf. Ansil. AB 353 Absistit : ce. removit se (Abol. vel Abstr.) 128 Absistite *Acc.* abite *om. Acc.*|| 129 Abstractio subductio *Acc.*|| 130. cf. Abstr. AB 1 Ab. : abscondita ?|| 131. absc. *om. Abol.* (*non Abav.* AB 29).|| 132. cf. 15. *An* Strepitus significat etc. (differentia inter sonitum et strepitum) ? Cf. S 964 ; 971 ; T 268.|| 135. Abba. vel placatione *Acc.* Cf. Bibl. Rom. 1, 31.|| 136. cf. Abstr. AD 57 Absumpta : consumpta finita.|| 137. Ansil AB 453 (Abol. vel Abstr.).|| 138. inconv. *om. b.*|| 141. Verg. A. 2, 558 ?|| 146. cf. Phil. AB 44.|| 147. *om. b.* –us –us *Acc.* Cf. Ansil. AB 168 Ab. : prof.. (Verg.).

148. Accidit : evenit (Abol. AC 28) 149. *Accentus : ratio metrica correptiva (?), id est vox. 150. *Acceleremus : festinemus (Verg. 6,630, etc. ?). 151. Accelerat : celeriter advenit adpropinquat festina. (Abol. AC 26 ?). 152. *Accendit ira : concitat. 153. Accensi : irati vel incitati. (Abol. AC 4) 154. Accersit (-siit ?) : evocavit petiit. 155. *Accersibiles : evocati. (*Unde* ?). 156. *Accersitus : evocatus (= 162) 157. Accersit : evocavit (= 154). 158. Acersa (-erra) : far (vas) quod sacrificiis adhibetur. 159. Accitio (-tu) : evocatio<ne>. (Verg. 1,677). 160. Accire : evocare (Abstr. AC. 43 -ri). 161. Acciti : evocati adducti. 162. *Accitus : accersitus evocatus. (Abol. AC. 1). 163. Accio : accerso voco (= 162 ?). 164. Accisus : circumcisus. (Abstr. AC 19 -is) 165. Ac[ci]tae : litora amoena (= 199). 166. **Accipe : audi cognosce (Abol. AC 13 ?) 167. Accipite : excipite. 168. Accola : vicinus prope in loco, vel cultor loci nativitatis suae. 169. *Accolae : proximi vicini finitimi colentes vel habitantes. (Abstr. AC. 11 ?) 170. Accolas : habitatores. 171. Accumulat : ampliat amplificat.

172. *Acer : fortis durus, intentus, velox. (Syn. ?). 173. [Accede ad ignem hunc : id est ad amore<m> divinum.] 174. Acerrimus : fortissimus (Verg. 2, 414) 175. **Acerra : alcolatioria (arcula turaria ?), vel turibulum (Abstr. AC 23 ? Phil ? Abol. ?) 176. *Acerbus : immaturus asper. 177. Acerbe : moleste aegre indigne. 178. Acervo : cumulo. 179. Acervus : cumulus cuiuslibet rei vel moles (Abol. AC 12 -vum). 180. Acervatum : cumulatum. (= 181 ?) 181. Acervatim : cumulatim congregatim. 182. Acersu (acieris) : securis quam flam[m]ines aut pontifices habent (Abol.) 183. Accensi : quae (qui) magistratibus praesto sunt aut militibus tributa (-ti). (Abol. ? Abstr. ?). 184. Acheron : fluvius inferion (?). (Verg.).

185. *Achoristus (ἀχώριστος) : inseparabilis. (Phil.) 186. Acies : ordo militum cum sunt constructi ((inst-), aut ferri summitatem, vel oculorum intuitus. 187. Aciem : coitus (?) ferri [vel perri]. (=186) 188. *Acie : ordine [acumine gladiorum]. 189. Acinacis (-ces) : genus est gladiorum. 190. Acitella (altellus) : alte edocatus (-duc-). (Abol.) 191. Aconita : venenata. (Abol. vel Abstr.). 192. Aconitum : genus herbae venenosae (Abol. AC 2 venenatae) 193. ** A correptione : ab increpatione. 194. Acriter : fortiter. 195. ** Acris ingenui (-nii) : fortis genere (?). 196. *Acsecedentes (absced-) : abeuntes. (Abol. ?). 197. Ac si : sic ita (sicuti) velut veluti. 198. *Ac signiferi : signa [af]ferentes (*Unde* ?).

---

149. Accentus vox (*cett. om.*) *Acc.* Cf. 210.|| 151. Acc. adpr. cel. venit (*om.* fest.) *Abol.*|| 152. Acc. iam conc. *Acc.* Verg. A. 8, 501.|| 153. concitati *Abol*,|| 154. evoc. *om. Acc.* Cf. 157.|| 156. voc. *Acc.*|| 157. cf. Abol. AC 29 Accersit : evocat.|| 158. Abav. AC 30.|| 159. Accito *Ansil.* (AC 233) : -tio *Aff.*, *Ampl.* II vocatio *Aff.*, *Ampl.* II.|| 162. Accitis accersiti vocati *Acc* : Acciti : evocati accersiti *Abol.* Cf. 156.|| 163. Abba.|| 166. cogn. *om. Abol.*|| 168. quasi ad-loca !|| 169. cf. 238.|| 170. Aff.|| 172. int. vel. *om. Acc.*|| 173. *om. b.* post 193 in fine paginae add. man. 2 in *c.* am. tuum *Goetz.* Gloss. Ter. (Eun. 85).|| 175. Ac. turib. (*cett. om.*) *Acc.* Ex Festo 17,4 ?|| 176. cf. Abstr. AC 7. -um -um (*om.* asp.) *Acc.*|| 177. vel -ae. Cf. Abba Ac. : mol. graviter.|| 178. cf. 1330.|| 179. vel mo. *om Abol.*|| 182 Ex Festo 9, 9. Cf. Phil. AC 27. Seu po. habebant *Abba.* quam.. hab. *om. Ab Abs.*|| 184. inferorum *Ansil.* (AC 136 ; Verg.) : inferni *Aff.*, *Ampl. II.*|| 188. acu. gl. *add. man.* 2 *in. a* : *om. Acc.*|| 190 Alcitellus *Abba* Cf. Fest. 6, 29. Cf. 804.|| 191. cf. 239. Cf. Ansil. AC 259 (Abol. vel Abstr.); Arma A 311 (Verg. G. 2, 152).|| 193. *om. b.*|| 194. Abav. AC 42.|| 195. ingenii *Acc. an* <Acrae mentis :> acr. ingenii fo. ingenii (cf. Abstr. AC 3) ?|| 196. <Abambulantes> absc. abeu. *Goetz* (ex Festo 24, 17).|| 198. afferent *Acc.*

199. *Actae : litora amoena (Verg. 5,613) 200 * <H>actenus : huc usque, usque modo, usque nunc vel in totum (tant–). (Syn. ?). 201. <H>actemus : quo usque. 202. *Acti : comportati. 203. Actica (ethica) : moralis. (Abstr. ET 4) 204. Activa : visibilis, id est quae agitur. 205. Actualis : quae agi potest. 206. *Actuali : actu vel ordine. 207. * Actus : conpulsus vel coactus. (Abol. AC 20 Acti). 208. Actutum : statim maturatum sine mora [submotum] confestim e vestigio. 209. *Acuto : aspero. (Abol vel Abstr.). 210. Acutus (accent–) : ratio metrica est. (= 149). 211. Acuunt : animant. 212. Acuuntur : animantur. (=211) 213. *Aculeus : stimulus vel exulceratio 214. Aculeum : ab acu dictus est et ferreus et quo[d] pungunt apes et vespae aliaque animalia eiusmodi. 215 A culmine : ab altitudine. 216. Acumen : subtilitas sensus, vel tenuitas ferri. [217 Ac (at ?) : autem.]

218. *Ad astra : ad caelum. 219. Adaglonis (–giones) : proverbia. (Phil. AD 12). 220. Ad Austrum : ad Aquilonem (!). 221. Adasia : ovis maior quae peperit. (Abol. ?) 222. Adama[n]s : lapis ferro durior. 223. **Adh<a>esit : adglut[t]inat coniungit. 224. *Adcox (atrox) : indignus, vel nigrus, seu ardens. 225. Adceptum (acc–) : gratum vel placitum. 226. Adceps (anc–) : dubia, incerta (Verg. 4, 603) 227. Adcensere : adicere seu adleviare (?). 228. *Adcersere : ad se vocare. 229. Adcersitus : petitus, seu paratus adductus. 230. Adcingitur : armatur. 231. Adcinctus : arma praecinctus. 232. Adsistere (–sciscere) : adfectare. 233. Adclinis : resupinus. (Abol. AD 78) 234. Adclive : oblique vel erecte. (Abol. AD 17 obl. erectùm) 235. A[d]clydes : genus gladii rotundi. 236. *Adcommoda : apta, id est coniunge. 237. Ad culmine (–na) : ad tecta. (Verg. 2, 478) 238. Adcolae : vicini, ad fines proximi (= 169 ?). 239. Adcognita (aconita) : bene nata (venen-) seu cognita. (!) (= 191) 240. Adcurate : diligenter curate.

241. **Addam : adiciam superponam. 242. * Additus : adiunctus. 243. *Addixi : devovi. (Abol ? Abstr. ?). 244. **Adeptus : adsecutus qualibet gratia. 245. *Adfatu : adlocutione. (Verg. 4, 284) 246. *Adfer : hoc (huc) tolle. (Phil. ?). 247. Adflarat : inspiraverat. (Verg. 1, 591) 248. *Adflatus : insufflatus inspiratus. 249. *A[d]futurus : non est futurum (–us ?). (= 707) 250. Adfati : adlocuti. (Verg. 2, 644) 251. *Adgressa : insidiose adlocuta (Verg. 4, 476) 252. Adiatu (hia– ?) : [ad]apertione. 253. *Ad<h> ibendum : requirendum 254. *Ad<h>ibite (–bete) : praesentes facite. (Verg. 5, 62) 255. Adibis ; requiris (–res ?) 256. **Adiciat : addat augeat augmentet. 257. **Adicere : adpo-

---

199. cf. 165 ; Aff., Ampl. II.|| 200. Actenus in totum (*cett. om.*) *Acc.*|| 203-205. coniungend. ? Adde Abba Actuarius : acta qui facit. (Abol. AC 17a).|| 207. Acti coacti compulsi *Acc.*|| 208. subm. cf. praef. vol. II Gloss. Arma.|| 209. Ansil. AC 397 (Abol. vel Abstr.). Ac. scopulo as. saxo *Abba.*|| 211. cf. Verg. G. 4,435 etc.|| 213. vel ex. *om. Acc. Abba.*|| 215. ab. alt. honoris *Paris* 10588. Cf. Abstr. AC 9 A culmine : ab alto.|| 217. *om. b.*|| 218. cf. Verg. E. 5, 51, etc.|| 221. cf. Fest. 11, 23.|| 222. Abav. AD 2.|| 224. *om. b.* Adrox indignum radens alia nigrius *Acc.*|| 235. Verg. A. 7, 730.|| 236. –dam –tam (*cett. om.*) *Acc.*|| 237. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 238. cf. 169.|| 241. adic. *om. Acc.*|| 242. iunctus *Acc.*|| 243. devoravi *Acc.* Cf. Ansil AD 382 (Abol. vel Abstr.).|| 245. In *Aff.* in serie Vergiliana.|| 246. huc *Ab Abs.*|| 247. cf. Ampl. II, Aff. Cf. Ansil. AF 49 Affl. inspirat Vix cf. Abstr. AD 58 Adf. adsp.|| 249. futurus *Acc.*|| 251. In *Acc.* in serie Vergiliana. locuta *Ansil* (AD 247 ; Abol. vel Abstr.). inseditiosa *Acc.*|| 254. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. Ansil. (AD 255), Ampl. II, Aff.|| 255. cf. 527. Abba, Verg. Aen. 6, 375 ? An Adhibes (cf. 253) ?|| 256. Ad. add. augmentari *Acc.*|| 257. summittere *Acc.*

nere supermittere. 258. **Adiecit : addidit adposuit (Abol. ? Abstr. ?) 259. **Adiecerunt : addiderunt. 260. *Adit (abiit ?) : fugam dedit. 261. *Aditus : adgressus. (= 376) 262. *Adlabitur : infertur (Verg.) 263. * Adlicimur (-mus) : adfectamus. 264. *Ad litora : ad ora<m> maris. (Verg. 1,86) 265. *Adloquitur : appellat. (Verg. 1, 239). 266. *Ad liquidum : ad purum.

267. *Admitto : suscipio. 268. *Admirandam : promissam (pro miram). 269. *Admonitu : admonitione. (Verg. 4, 465 monitu) 270. *Adnixa : conata (Verg. 4, 690 ?) 271. *Adnixus : conatus, seu extimatus (?). (Verg. 1, 144) 272. **Adnotatio : significatio. 273. *Ad officium : ad obsequium ad ministerium. 274. *Adorat : veneratur. (Verg. 1, 48) 275 *Ad oras : ad fines. (Verg. 1, 158) 276. *Adoriuntur : inadgrediuntur. 277. *Adolenter (aegre : dol.) indigne. (= 542) 278. *Adrectis : ad audiendum praeparatis effectis (erec. ?) (Verg. 1, 152 et 2, 173) 279. *Adsertionum : confirmationum. 280. *Adsertio : expositio narratio disputatio. 281. *Adsenti (adpendix) vitiorum : subditi (-tus) vitiorum. (=452) 282. *Adsecula : agason [vel sequens]. 283. *Adsistit (adstitit) : stetit. (Verg. 1,301) 284. *Ad sidera : ad caelum, in altum. (Verg. 1, 93) 285. *Adspectat : econtra aspicit. (Verg. 1, 420). 286. *Adstare : consistere. (Verg. 3, 150) 287. *Adsumus : advenimus. 288. **Adsumet : suspicit et (suscipiet) tollet.

289. *Adtonitus : sollicitus, seu stupefactus. (Verg. 3, 172) 290. *Adtrahit : ad se trahit. 291. *Adulatores : suasores seductores. 292. *Advelat : coronat. (Verg. 5, 246) 293. **Adulantibus : nutrientibus. (?) 294. **Advenae : incolae, proselyti. 295. *Advocat : convocat (Verg. 5, 44) 296. *Ad visum (ni- ?) : ad impetum. 297. *Adyta : secreta altaria. 298 *Adytis : secretis locis. (Verg. 2, 297).

299. Addit : adicit. apponit. 300. Addidit : adiunxit superposuit. 301. Addunt : apponunt adiciunt. 302. Addiderunt : augmentati sunt. 303. Adeptus : adsecutus sive adfectum. 304. *Adipiscitur : fruitur potitur. 305. Adempta : sublata deducta (Abol. ?) Abstr. ?) 306. Ademptum : ablatum. (Verg. 3, 658) 307. Ademit (-dim-) : tollit minuat (-uit) aufer[i]t. 308. Ademit : detraxit seu (Adimit :) tollit abstulit. 309. Adegit : conpulit a<d>movit vel co<e>git. 310. Adescit : aderit praesens erit. (Abol. ?) 311. *Adeunt : accedunt. (Verg. 4, 56) 312. Adeat : appellet

---

258. cf. Ansil AD 272 Adi.: add. (Abol. vel Abstr.).|| 260. Adiid *Acc.*|| 261. et occasione *add. Acc.*|| 262. cf. 775. inf. vel adluitur *Ampl. II.*|| 264. ora *etiam Aff.*|| 265. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 266. Abba.|| 269. In *Acc.* in serie Vergiliana ; Abol. AD 24.|| 270. Ansil AD 492.|| 271. con. existimatus *Acc.* (in serie Vergiliana). An obstinatus ?|| 274. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 275. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 276. cf. 528.|| 277. Adolentes indignae *Acc.*|| 278. paratis *Acc* (in serie Vergiliana ; Aen. 1, 152), *Ansil* (AR 272). eff. (cf. ad I 503) *om. Ansil.* In *Ampl. II* duae glossae, Arr. : ad aud par., Arr. : erectis.|| 281. viticorum subditus vit. *Acc.*|| 282. vel seq. *om. b, Acc.*|| 283. Adstetit *Aff.* (in serie Vergiliana).|| 284. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 285. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. 1290.|| 286. adsistere *Acc.* (in serie Vergiliana).|| 287. ven. *Acc.* (*non Ab Abs.*).|| 288. suscipiet *Acc.*|| 289. soll. seu *om. Acc.* (in serie Vergiliana), *Abol.* (AD 72).|| 291. In *Acc.* duae glossae Ad. : sua., Ad. : sed.|| 292. In *Acc.* in serie Vergiliana. Ansil. AD 864.|| 295. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 297. Adyti se. altari *Acc.*|| 298. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. 380.|| 299. adic. *om. Abav.* (AD 8).|| 304. Ad. consequitur fr. *Acc.*|| 305. cf. Ansil. AD 91 Ad. : subl. (Abol. vel Abstr.).|| 306. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 307. cf. Abol. AD 31.|| 309. Ad. coe. *Abstr.* (AD 94).|| 310. cf. Phil. AD 32 (ex Festo).|| 311. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. D 162.

prohibeat. 313. *Adest : praesto est, praesens est. (Abstr. AD 44 ; 61) 314^a *Adeo : in tantum valde. (Abstr. AD 9) 314^b. *Adero : praesens ero. (Verg. 4, 125) 315. Adetum (-dit-) : accessum conloquio. 316. Adipisci : adsequi. 317. Adepiscit : adquirit. (= 383). 318. Adeps : pinguedo (Abol. ? Abstr. ?) 319. A tergo : retro, seu post dorsum. (Abol. AD 85 ?) 320. Ad[e]pendex (-ix) vitiorum : subditus vitiorum. (= 452).

321. Adfore : futurum esse. 322. *Adfare : adloquere (Verg. 4, 424) 323. *Adfabar : adloquebar (Verg. 3, 492) 324. Adfatus : adlocutus. (Abol. AD 82). 325. Adfari : adloqui (Abol. AD. 15). 326. Adfatim : abunde largiter ad satietatem ad fastidium vel ad lassitudinem. (Syn. ?) 327. Adfatim : large seu abunde. 328. Adfabilis : aptus, magni laboris (favo-), blandus. 329. Adfabre[m] : artificiose. 330. Adfectum : consumptum ad summum. 331. Adfectum (-ta : in) valitudinis periculum adducta seu mota animi in aliqua parte. (Abol. AF 6) 332. Adfecta : adtempta<ta ?> (attenuata ?) seu arefacta (?). (Abol. AF 6 ?) 333. Adfectare : adtemptare. 334. *Ad fidem : ad iuramentum, ad sacramentum. 335. *Adfinitas : propinquitas. (Abstr. AF 6) 336. Adfinis : proximus vel cognatus 337. Adflictis : oppressis. (Abol.) 338. Adfligit : contristat seu domat. 339. Adfor[t]e : adesse. (Abstr. AD 96) 340. **Adforet : ades<s>et appare<re>t. (Abol. AD 57 ? Verg. 1,576 ?) 341. Adforit (-re) : futurum esse. (= 321) 342. Adfretus (?) : defensus circuitus. (?) 343. Adfuerit : advenerit. 344. Adfugit (auf-) : evanuit.

345. Adgerat (agg-) : adcumulat. 346. Adgenuinant (adtenuant) : adleviant. 347. Adgreditur : accedit, vel adripit. (Verg. 4, 92 ?) 348. *Adgrediam (-ar) : accedam temptem. 349. Adgregat<ur> : ad gregem accedit. 350. Adhibe : adquire. 351. Adhortam (adoria) : gloria, bona existimatio, laus bellica. (= 422) 352. Ad hoc locorum : ad hoc tempus. 353. Adit (?) : tunc. 354. Adici : adponi addi. 355. *Adicias : addas : (Abstr. AD 98) 356. Adicere : statuere. 357. Ad<h>ib<u>it : promisit vel praestitit. 358. Ad<h>ibitis : convocatis congregatis. 359. Adibo : accedo. 360. Ad<h>ib<u>it : admovit advoca<vi>t. 361. **Adipiscitur : adsequitur. (= 385) 362. Adipiscier : adipisci consequi. (Abstr. ? Abol. ?) 363. *Adire : [adaccedere] adgredi. 364. Aditus : accessus introitus (Verg. 6, 43 etc.) vel (Adytum) secretus locus. 365. Adite : adgredimini. 366. Aditus (adytum) : vel quo nemo praeter sacerdotem accedit. 367. Aditus (adytum :) locus quo[d] nemini nisi sacerdòti sit aditus. 368. Adicere (-ige-) praedam : cogere. 369. Adimit : tollit aufert seu (Ademit) detraxit. (= 307-308) 370. Adigit : admovet vel cogit. 371. Adigat : ammittat

---

313. praesens est *om. Abstr.* Cf. ad 2.|| 314^a. in ta. *om. Acc.*|| 314^a.-314^b. *conflat in codd.* Adeo Adero in ta. va. pr. ero.|| 314^b In *Acc.* in serie Vergiliana. Abstr. AD 92.|| 318. Ansil. AD 104 (Abol. vel Abstr.).|| 321 cf. 341.|| 322. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 323. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 328. bl. *om. b* Cf. 709.|| 330. cons. absumptum *Goetz.*|| 332. Aff. addicta vel attenuata *Abol.* Cf. 692. In *Paris* 10588 duae glossae. Adfectat : arefacta, Affecta : atinuata.|| 334. ad sa. *om. Acc.*|| 337. Cf. Gloss. Verg. 428, 48.|| 340. app. *om. Acc.* Cf. 703. Cf. Arma A 83 Adf. advenerit ; Ansil AD 224 Adf. adesset adviveret (-venerit).|| 342. an Amberctus (i. e. ambi -arctus) ? Ex Abol. ? Ex Abstr. ?|| 347. acc. vel *om. Arma* (A. 158.)|| 348. Adgrediar acc. adt. *Acc.*|| 350. cf. 384 (-bet -rit).|| 353. an Ast (cf. 614) ? Ad id ?|| 359. Aff.|| 362. Vox antiqua. Aut igitur ex Festo aut ex scholio in Vergilium. Haec glossa vix ad Philox, redit.|| 363. adacc. *om. b, Acc.*|| 364. Ad. intro. ingressus acc. (*cett. om.*) *Aff.* Cf. 376.|| 371. Vix cf. Gloss. Verg. (=Abol.) 428, 1 Ad. : inmittat.

committat. (Verg. 4,25 ?) 372. **Ad instar : ad similitudinem. 373. *Ad imum : ad profundum. 374. Adiugassere (abi–) : abnegare (abiug–) dissolvere. (= 72) 375. Ad incita[tu]m : ad extremam fortunam vel perniciem. (Abol. ?) 376. Aditus : introitus, adgressus. (Abstr. AD 54) 377. Adiacit(–cet) : aut iacit supplex [aut (Adiacens) locus alicui iunctus]. 378. [Adii : ingressus sum]. 379. Adii : subii aut accessi. 380. Adytis : secretis locis. (= 298) 381. Adimitio : ade<m>ptio. (Abol. ?) 382. Adiurat (abi–) : negat. (= 70) 383. Adipiscit : adquirit. 384. Adhibet : adquiret (–rit). 385. Adipiscitur : consequitur adsequitur.

386. Adlabi : navigio duci. 387. Adlapsa[s] : sensim veniens. (Abol. AD 83 caute ve.) 388. Adlatus : adductus. 389. Adlatum : adportatum. (Abstr. AD 11) 390. Adlicit : incitat provocat. 391. Adloricum (Ludicrum) : res ad lusum aptas. 392. Adluit : perfundit. (=783) 393. Adluvies : collectio aquae, 394. Admentum : litamentum (liga–) missile. (=402) 395. *Adminiculum : adiutorium auxilium solacium. (Abstr. AD 99)

396. Admitto : suscipio. 397. Admissum : peccatum, vel receptum (Abol. AD 13) aut (Admissarius) equus. 398. Admota : adplicita. 399. Adminiculum : subsidium adiutorium adiumentum. 400. Admorunt : ambierunt. (Verg. 4, 367 ?) 401. *Admodum : itane valde. (Abstr. AM 9 ?) 402. Admentum : ligamentum missile, id est quod in medio lanciae ligatur. 403. Admisit : relaxavit, solvit. 404. Admisit : commisit.

405. Adnitente : adiuvante. 406. *Adnixi : conati. (Abstr. AD 101 ; Verg. 3, 208) 407. Adnectit : adligat. 408. Adnitentibus: postulantibus. 409. Adnititur : plus conatur. 410. Adnexus : innodatus. 411. Adnexa : coniuncta. 412. **Adnexus : adiunctus socius. 413. Adnixi : satis conantes. 414. Adnixus : cum senatu (conatu ?) incumbens. (Abol. AD 74 ?) 415. Adnectens : constringens. 416. Adnare : natare, pervenire. (Abstr. AN 39) 417. Adnatis (agn–) : proximis. 418. Adnitentes : adiuvantes. 419. *Adnatat : natat, id est satis natat. 420. Adnuit : adsentit, seu promisit praestitit. 421. Adoriis : victoriis. 422. Adoria : victoria, vel laus bellica, vel copia, seu bona existimatio. 423. Adoria : spolia triumphalia. 424. Adoream : laudem bellicam. (Abol. AD 25) 425 A<r>dore animi : animi indignatio<ne>. 426. Adoriar : accedam ingrediar [sive incipiam]. 427. Adoptio : paene natura emitans (im–) filium. 428. Adolit (–lescit ?) : crescit. (=431. 429. Adolevit : crevit, adcrevit. (Abstr.) AD 89) 430. *Adolescens : iuvenis florens in iuventutis aetate. 431. *Adoles-

---

372. cf. I 716.|| 375. Abba. Cf. ps.–Plac. Si ad Plauti versum (Trin. 537) spectat, lege ibi « ut ad incitamst redactus ».|| 376. adgr. *om. Abstr.*|| 377. aut lo. al. iun. *om. b.*|| 378. *om. b.*|| 381. cf. Phil. AD 118.|| 383. cf. 317. obtinet *add. Abba.*|| 384. cf. 350.|| 385. cf. 361.|| 387. Abav. AD 45.|| 391. Ad ludicrum.. apta *Abav.* (AD 54). Vix <Ludibrio habere>: ad lud., etc. (cf. ps.–Plac. Ludibrio : ludicro, etc.). Fuitne in Abstrusa differentia (ex schol. Aen. 12, 764 ?) inter Ludicrum et Ludibrium ? Cf. L 554 ; Abstr. LU 13, 16, 17. Si recte conieci. dele Ad (*pro* at).|| 395. sol. *om. Abstr., Acc.* Cf. 399 ; S 559.|| 397. eq. concitatus *man.* 2 *in a.*|| 399. cf. 395. Cf. Abstr. AD 50 Adiumentum : adiut. admin. vel auxilium.|| 401. itane *om. Abstr., Acc.*|| 402. missile id est quod *om. Abba.* Cf. 394.|| 406. In *Acc.* in serie Vergiliana.|| 407-9. Abav. AD 61-3.|| 412. sotiatus *Acc.* Cf. 1007.|| 414. cum con. *om. Abol.*|| 419. id.. nat. *om. Acc.* (in serie Vergiliana).|| 421. Ampl. II.|| 422. Ampl. II. Cf. 351.|| 423. cf. Ampl. II.|| 426. si. inc. *om. a, b.*|| 427. Cf Abav. AD 71 Ad. : pae. naturae imitatio, hoc est adfiliatio. Cf. 472.|| 428. Adolescit *Abav.* (AD 69).|| 429. adcr. *om. Abstr.*|| 430. fl. iuv. inundem aetatem *Acc.*|| 431. iuv. *om. Acc.*

cit : crescit iuveniscit. 432. *Adolatur (adul–) : blanditur adsentatur. 433. Adolere : acce<n>dere. 434. Adolere : religiose comburere. 435. Adolare (adulari) : petere per blandas preces. 436. Adoleta : quae in areis sunt conbusta. (Abstr. ? Abol. ?) 437. *Adorti : adgressi. (Abstr. AD 86) 438. Adolet : sacrificat. 439. Adolisse (?) : adesse. 440. Adolere : comburere. (=434 ?) 441. Ador<i>ri : conari, vel incipere seu adgredi. (Abol. AD 52) 442. Adoribus (–riis) : laudibus. 443. Adortare (–oriri) : incipere, vel adgredi. (=441). 444. Adorare : deum rogare, id est precare. 445. Adore[t]a : furta (farrea) id est quae ex furtis (farre ?) sunt. (Verg. 7, 109 ?) 446. Adortus : adlocutus vel adgressus. 447. Adori<en>tibus : incipientibus vel ingredientibus.

448. Adpellit : adplicat. 449. Adpulisse : adplicasse. 450. *Adpensi : suspensi. 451. *Adpetit : adtemptat. 452. Adpendex (–dix) vitiorum : subditus vitiorum. (*Unde* ?) 453. Ad praeceps : ad ruinam ad perditionem. 454. Ad praestolandum : ad sustinendum. (Abstr. AD 20) 455. Adquin (at–) : atque ideo vel. 456. Adridet : favit (–vet). 457. *Adrogans : superbus. (Abstr. AD 6) 458. Adrogat : superbit, seu vituperat. 459. *Adrogantia : superbia, seu laus, vel elatio. (=1251) 460. Adripit : cum furia tollit. 461. Adrepticius : furiosus ariolus. 462. Adreptas (abr–) : cum impetu raptas. (=108) 463. Adsolet : soli<ci>te [vel] consuevit. 464. Ad summum : postremo vel novissime. 465. Adserit : confirmat. 466. *Adsertur (–tor) : confirmatur (–tor). (=1288) 467. Adsertus : confirmatus. (=466) 468. Adsecula : domesticus familiaris. (Abstr. AD 14) 469. Adseculas : subiecti seu clientes sequipedes (pedisequi). 470. *Adseverat : adfirmat. 471. Adsentatio (–sentio ?) : id est consilio tuo accedo. 472. [Adoptio : paene natura aemitans (im–) filium.] (=427) 473. Adscitum : adiunctum factum. (Abstr. AS 4 ? –tus). 474. Ads<c>isco : adsentio vel adsumo. 475. Adsciscere : evocare. 476. Adsciscunt : adducunt adsumunt consociant. 477. Adsciscunt : provocant. 478. Adscisco : adrogo, id est lenio. 479. A[d]spernatur : contemnit dispicit (de–) (=1292) 480. Adspirat : commodat. 481. Adserit : promittit. 482. Adsta (adyta) : sec<re>ta religiones (–nis). 483. Adstipulatur : adipiscitur consequitur. 484. Adstruentes : adfirmantes. 485. Adstare : inante stare. (Abol. AD 81 ?) 486. Adsolite : consuete solite. 487. *Adsum : praesens sum. 488. *Ad superum : ad caelum. 489. Adsuefecit : assuevit consuevit. 490. Adsuocitare (?) : requirere consociare. 491. *Adsistere : adstare insistere consistere. 492. *Adsis : faveas, seu praesens sis.

493. Adtaminat : contaminat inquinat. 494. Adtaminatus : contaminatus pollutus. 495. Adtenuat : subtiliat. 496. Adtenuatus : subtiliatus subtilis. 497. Adtolle : erige. 498. *Adtollere : erigere elevare

---

432. Abav. AD 66. ads. *om. Acc.*|| 434. cf. 440.|| 439. Adolesse accendisse *Goetz.*|| 441. Ad. inc. ordiri co. *Abol.* Cf. 443.|| 443. Abba. inc. *om. b.*|| 445. Adoreata farrea *Abba.* ex farre *Abba.* Verg. Aen. 7,109. Cf. Ansil. AD 565-566.|| 446. *An* Adorsus adl. vel (Adortus :) adgr. ? Cf. Ansil, 582 et 588 Adorsus : adl., Adorti : adgressi vel conati (Abol. vel Abstr.)|| 449. cf. Abol. AD 73 Adpulsus : adplicitus.|| 452. cf. 281 ; 320.|| 457. cf. 1252.|| 459. seu laus vel *om. Acc.*|| 461. cf. 109.|| 463. Abav. AD 108. solicite *Paris* 10588.|| 468. familiae *Abav.* (AD 95) : *om Abstr.* Cf. 1308.|| 469. cf. Abstr. AD 15 Adseculae : pedisequi vel lenones ; Ansil. AD 684 Adseculae : subiecti (Abol. vel Abstr.).|| 472. *om. b, c.*|| 474. cf. 115.|| 485. Adstitit inante stetit *Abol.*|| 486. sol. *om. b.*|| 487. cf. Ansil. AD 783 Adsumus : praesentes sumus advenimus (Abol. vel. Abstr.).|| 488. –ros –los *Acc.*|| 490. Adsociare *Goetz* : *an* Advocitare ?|| 491. ins. cons. *om. Acc.*|| 492. seu pr. sis *om. Acc.*|| 498 et 499. er. *om. Acc.* (in serie Vergiliana).

rapere. (Verg. 4, 688) 499. *Adtollens : erigens sustentans. (Verg. 1, 354) 500. *Adtollit : elevat extollit. (Verg.) 501. Adtruncat (averrun–) : avertit alienat. (=11) 502. *Adtrita : diminuta. 503. *Adtrectare : male contingere vel tangere. (Abol. ? Abstr. ?)

504. Advexit : adportavit. (Abol. AD 79) 505. *Adulta : nuptialis, id est tempestiva matura nutrita. 506. Adulescens : iuvenis. 507. Adurere : comburere. 508. Adventicio : peregrino. 509. Adventaba<n>t : advenieba<n>t. (Verg. 5, 328) 510. **Advena : peregrinus, seu recens. 511. Advecta : adporta<ta>. (Verg. 5, 864) 512. Adversum : similitudinis imitatio. 513. Adversus : contrarius. 514. *Advertit : abscultat (aus–), <Avertit :> excludit. 515. Advenis (habe–) : retinaculis. 516. Aduncis : curvis. (=524) 517. *Adultus : maturus. (Abstr. AD 80) 518. Advoce (?): allectatione. 519. Advocat : adducit quo[d] vult cum blanditiis. 520. Advelat<a>e : adopertae. 521. *Adventus : introitus. 522. *Adulationes : suasiones. 523. *Adulor : suad<e>o. 524. Aduncis manibus : curvis manibus. (Abstr. AD 109 naribus) 525 *Adversa : contraposita irata. (Verg. 1, 103). 526. *Adultos : nutritos. (Verg. 1, 431) 527. *Adibus : requiris. (=255) 528. Adoriuntur : inadgrediuntur. (=276)

529. Aer : spatium inter caelum et terram. 530. Aer : locus inter caelum et terram, vel spiritus quo[d] communiter aluntur omnia animalia. 531. *Aedes : domi templorum. (Abstr. AE 4 ?) 532. *Aedis : aedificia publica templi. 533. Aedibus : domibus. 534. Aedituus : ostiarius templi. 535. *Aeditu<us> : custos domorum vel templorum. 536. Aedis : aedificia urbana vel domum. 537. *[A]egestas : inopia inedia famis mendicitas. (Syn.) 538. *Aegris : inbecilles (–llis) seu invalidi<s>. 539. *Aedilis Cerealis : qui ad sacra stat. 540. *Aeger animo ; aegrotus corpore. (Abstr. EG 8 ?) 541. *[A]egregiam : nobilem. 542. *Aegre : dolenter indigne. 543. *[A]egregium magnum praeclarum nobilem. 544. Aegre : moleste vel vix. (Abol. AE 12) 545. *Aegram tristem. 546. Aegro : tristi, <Aegre :> moleste. 547. Aegre ferens : dolens indignans. 548. Aegis : Iovis tectimen (tegi–) vel Minervae, seu quod sacerdotes ante pectus gerunt reticuli genus. 549. *Aemulatio : zelus imitatio. (Abol. AM 13) 550. Aemula : imitatrix. (=558 ?) 551. *Aemulo : invide (–do). 552. Aemulus : adversarius. 553. Aemulatio : fictio invidia zelus. 554. Aemulus : inimicus. (Abol. AM 12), seu zelator boni malique. 555. Aemuli : inimici vel imitatores. (Abol. EM 12 –lus) 556. *[A]eminentes : excelsi. 557. Aemulari : imitari. (Abol. EM 13), vel invidere et odire. 558. Aemulus : imi-

---

500. Adtollitur elevatur (*om.* ext.) *Acc.* (in serie Vergiliana ; Aen. 5, 127). Cf. Ansil. AD 819 Adtollit : extollit (Verg.) ; AD 820 Adtollit : elevat (Abol. vel Abstr.).‖ 502. –ti –ti *Acc.*‖ 503. cf. Ansil. AD 835 Adt. : tan. (Abol. vel. Abstr.). Adt. tan. (*cett. om.*) *Acc.* Cf. Abol. AD 62 Adt. : co.‖ 505. Ad. ma. nu. (*cett. om.*) *Acc.*‖ 509. –bant *Ansil.* (AD 875) : –bat *etiam Aff. Ampl. II.*‖ 510. per. seu *om. Acc.* seu rec. *om. Abba.*‖ 511. adporta *etiam Ampl. II* (*non Aff.*). Cf. Abol. AD 21.‖ 512. Abba.‖ 512-513. coniunge. Aliter Isid. Diff. 1,29.‖ 514. absc. *om. Acc.*‖ 518. an Advocatione ?‖ 524. man. (prius) *om. b.* Cf. 516.‖ 525. In *Acc.* in serie Vergiliana. Vix Adv. co. <Aversa :> ir. (cf. 1384). Cf. Ansil. AD 884-5. contraria ir. *Ansil.*‖ 526. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. Ansil AD 946 ; Arma A 77.‖ 531-532. *coniung. Acc.* (Ae : do. te. aut aed. pub.).‖ 531. Ae. domus vel templa *Abstr.*‖ 532. coniungend. cum 536 ? Cf. Acc. Aed. : do. te. aut aed. pub.‖ 536. coniungend. cum 532 ?‖ 537. Aeg. in. (*cett. om.*) *Acc.*‖ 539. Aed. *om Ab Abs., Paris.*‖ 542. dolentis *Acc.* Cf. 277.‖ 543. nob. *om. Acc.*‖ 549. im. *om. Abol.*‖ 551. invido *Acc.*‖ 552. invidus adv. *Abba.*

tator, ad (aut) eiusdem rei alicuius aut (ad) discordiam amator. 559. Aeioena (amoena) : delectabilia.
